R-138

RAMON LLULL, Beato (1235-1315)

Arbor sciētie/... Raymundi Llullij ... — * [Lugduni]: Impēsis... Guilhelmi Huyon y Constātini Fradin..., 1515

# Arboꝛ ſciẽtie venerabilis ⁊ celitus illuminati patris Raymundi lullij Maioꝛicenſis: cuius farrago ⁊ fructus admirabilis a tergo huius indicabitur. ⁊ in cuius commen‑dationeꝫ eſt hoc extempoꝛaneũ Jodoci Badij Aſcenſij ad pium lectoꝛem epigrãma.

Suſcipe Ręmundi cęleſti lumine clari
  Aurea in arboribus mala ſcientificis.
Quę ſi lector edes & in imo pectore condes:
  Moly / aut diuinam dixeris Ambroſiam.
Quattuor ecce quater ſeptenis prędita membris
  Robora in hac ſylua conſpicis arborea.
Omnia viuificis lignis pomiſqꝫ referta:
  Quę bene ſi guſtes nil magis eſuries.
Mentis enim quiuis hac creſcit in arbore fructus
  Omnia quę ſcitu digna patere facit.
Ergo atlantiacum q̃ꝫuis pręſtantius auro
  Citrinas menſas eleuat iſta decus.
Quin paradiſiacę non ſunt huic robora ſylue
  Aequiparanda / licet noſſe vel illa darent.
Illa etenim vetitis necuerunt fructibus Adam:
  Hęc potis illius viuificare genus.
Proinde tibi multum maior Balearica debent:
  Ad quos hęc Lulli ſunt bona miſſa tui.

Venales habentur Lugduñ. in vico mercuriali apud cenobiũ p̄dicatoꝛũ: vulgo noſtre domine de confoꝛt: in domo Franciſci fradin impꝛeſſoꝛis.

# Opus preclarum ⁊ valde mirabile Arbor ſciẽtie vocatum a multum reuerendo magiſtro Raymundo lullio editum.

In quo omnium ſcientiarum traditur notitia. Que arbor generalis in. xvj. arbores ſpeciales diuiditur. que ſunt

Arbor elementalis. prima.
Arbor vegetalis. ſecunda.
Arbor ſenſualis. tertia.
Arbor imaginalis. quarta.
Arbor humanalis. quinta.
Arbor moralis. ſexta.
Arbor imperialis. ſeptima.
Arbor apoſtolicalis. octaua.
Arbor celeſtialis. nona.
Arbor angelicalis. decima.
Arbor euiternalis. vndecima.
Arbor maternalis. duodecima.
Arbor diuinalis et humanalis. terdecima.
Arbor diuialis. quartadecima.
Arbor exẽplificalis. quīdecima.
Arbor queſtionalis. ſedecima.

Et quelibet iſtarum arborum diuiditur ī. vij. partes. videlicet in radices/truncum/branchas/ramos/folia/flores/⁊ fruct⁹. vt latius apparebit ſubtiliter ītuẽti.

Arboris elẽtalis radices ſunt pricipia generalia. ſcilicet bonitas/magnitudo/duratio/poteſtas/ſapientia/voluntas ⁊c.
Truncus eſt hyle ſiue cahos.
Branche ſunt. iiij. elementa ſimplicia.
Rami ſunt. iiij. elẽta compoſita.
Folia ſunt accidentia.
Flores ſunt inſtrumenta.
Fructus ſunt corpora elementata et indiuiduata.


Raymūd
monac
bonit.
mag°.
dura°.
ptās.
ſapia.
volūt.
Xtus.
verit.
glia.
dfia.
med.
finis.
maio.
eqlit.

# Arboꝛ elementalis.



# Deus in virtute tua

incipit arbor ſcientie.

In deſolatione et fletib⁹ ſtans Raymūdus ſub quadam arbore pulchra ſuā deſolationē cantabat: vt modicū ſuū alleuiaret dolorē quē habebat. qꝛ negociū ſanctū Jeſu chriſti ⁊ totius chriſtianitatis ⁊ publicam vtilitatem in curia romana non potuit obtinere. ¶ Dum ita ſtaret deſolatus in quadā pulchra valle pluribus fontibus et arboribus pulchris abundoſa: quidam monachus per illam vallem veniebat: qui Raymundum cantare audiebat. Et qꝛ cantus ille erat doloroſus ⁊ pius ſequendo vocem vſq; ad locum: vbi ſtabat Raymūdus: venit. Et per habitum quem ei vidit/ et per magnam barbam quam Raymundus habebat: extimauit: ꝙ eēt aliquis homo religioſus extranee nationis. et dixit ei hec verba. ¶ Amice quid habetis? et quare plangitis? Nomen veſtrum (ſi placet mihi dicatis/ et in qua terra natus eſtis. Quoniam ſi vos in aliquo iuuare poſſem: libenter meum poſſe facerē. Quia videtur mihi multū vos eſſe deſolatum. ⁊ vellem vos eſſe in conſolatione/ et ꝙ conſolationem in noſtro creatore haberetis/ contēnendo et obliuiſcendo vitam breuem huius mundi. ¶ Reſpondit ei Raymundus/ dixitq; ei ſuum nomen/ ⁊ magnam partem ſui ſtatus et vite ei retulit. ¶ Multum placuit monacho: quia Raymundum inuenit. Cui dixit: ꝙ ipſum diu queſiuerat: vt ipm̄ rogaret: ꝙ ipſe vnum librum componeret ad omnes ſcientias generalem. qui leuiter intelligi poſſet/ ⁊ ꝑ quem ars ſua generalis (quā compoſuerat) facilius intelligi poſſet. qꝛ nimis ſubtilis videtur ad intelligēdū. Et etiā quia cetere ſciētie/ quas antiqui ſapiētes inuenerunt: ita difficiliter intelligunt/ et ita longū tempus requirūt ad diſcendū: ꝙ vix aliquis pōt ad finē debitum deuenire. Et etiā plura dubia ſunt: que quidā ſapientum contra alios ſapiētes habent. Quare rogauit ipſum: ꝙ vnū librum faceret generalem qui ad oēs ſciētias intelligendum iuuaret. Quoniā intellectus confuſus periculum magnum et magne deuotionis priuationem ad honorandum deum cognoſcendum amandum et ſeruiendum/ et proximo ſuo ſalutem ꝓcurandum apportat. ¶ Reſpondit Raymūdus. Domine monache diu laboraui ad veritatem inueſtigandam per vnū modum et per alium: et ꝑ gratiam dei ad finem et cognitionē veritatis deueni: quā ſcire tantum deſideraui. et quam in libris meis poſui. Et etiam ſum deſolatus: qm̄ illud quod tantū deſideraui: ⁊ ꝓ quo annis. xxx. laboraui: ad finē deducere nō potui. Jtē qꝛ libri mei modicū appreciātur. immo dico vobis: ꝙ plures me tenēt ꝓ fatuo. qꝛ de huius negocio me intromitto: ꝓpter quod voluntatem non habeo neq; illū librū (ꝓ quo me rogatis) neq; aliū facere ſiue cōponere. immo in mea triſtitia deſolat⁹ volo remanere. Et qꝛ dn̄s noſter ieſus xp̄s tam paucos amatores habet chriſtianos in hoc mundo: ad ſaracenos redire propono/ ad ꝓteſtandū et oſtendēdum illis nr̄e ſancte fidei veritatem: et ad faciendū ei honorem: ſm̄ quod potero: et ſm̄ gratiam ⁊ adiutorium quam expecto habere a deo. q̄ me creauit ad tractanduꝫ ſuū honorē/ et ad reprehendendum illos ꝑ quos in hoc mundo eſt inhonoratus. ¶ Raymūde (dixit monachus) hūc faciatis librū: de quo vos rogaui. et taleꝫ faciatis: per quem homo veſtram intētionem cognoſcat. ⁊ ꝙ de ſtultititia quam vobis quidā imponūt (qꝛ nec vos nec libros veſtros cognoſcūt) ſitis excuſatus. ⁊ vt ꝑ hūc librū ceteri libri veſtri apprecietur. Et certe a culpa nō eſſetis excuſat⁹: niſi bonū qd̄ poteritis: inter xp̄ianos feceritis. Et erit ad reformādum bonū: quod feciſtis. Inſuper vobis ꝓmitto: ꝙ ſi hūc librū facitis illū plurib⁹ portabo/ et omne bonū quod potero: faciā: ꝙ diu viuam. ¶ Multū conſiderauit Ray. in hoc: de quo monachus ipm̄ rogauit/ ⁊ in bono qd̄ ſequi poſſet: ſi librū illū faceret. Et dum ita cōſideraret: quādā pulchrā arborē reſpexit: que corā

ſtabat. in qua folia plura flores et fructus conſiſtebant. et in his que ipſa ſignificabat: cogitauit. ¶ Raymunde: dixit monachus: in quo cogitatis/ et quare meis ſermonibꝰ non reſpondetis? ¶ Domine monache: dixit Ray. cogito in hoc quod per hanc arborem ſignificatur. quoniam om̄e quod eſt: ſignificatur in ipſa. ꝓpter quod habeo voluntatem illum librum faciendi: de quo me rogatis. recipiēdo ſignificata que hec arbor mihi in ſeptē rebus ſignificat. videlicet per radices/ per truncum/ brāchas/ ramos/ folia/ flores/ ⁊ fructus arboris. Et per iſta ſeptem huius libri proceſſum tenere propono.

## De diuiſione huius libri.

Liber iſte in ſexdecim partes diuiditur. ex quibus componitur hec arbor ſcientie. Prima pars eſt de arbore elementali. Secunda de arbore vegetali. Tertia de arbore ſenſuali. Quarta de arbore imaginali. Quinta de arbore humanali. Sexta de arbore morali. Septima de arbore imperiali. Octaua de arbore apoſtolicali. Nona de arbore celeſtiali. Decima de arbore angelicali. Undecima de arbore euiternali. Duodecima de arbore maternali. Terdecima de arbore chriſtianali et diuinali. Quartadecima de arbore diuinali. Quindecima de arbore exemplificali. Sedecima de arbore queſtionali. Per has ſexdecim arbores de omnibus ſcientijs tractari poteſt. Poſita eſt in hac ſcientia arbor elementalis: vt cum ipſa nature proprietateſq; elementorum cognoſcantur/ ⁊ illud quod ſunt/ et operationes quas faciunt/ ⁊ illud quod ſequitur ex illis. ¶ Per arborem vegetalem cognitio datur de plantis ſm̄ earum vegetationem et operationem: quas habent in ſeipſis ſm̄ naturas: quas habent per inſtinctus et appetitus naturales. ¶ Per arborem ſenſualem datur ars et cognitio de ſenſibilibus et ſenſitis et de eorum ſentire. ¶ Per arborem imaginalem habetur ars et modus cognoſcendi impreſſiones: que remanent in imaginatione de rebus ſenſitis vegetatis ⁊ elementatis. ¶ Per arborem humanalem datur cognitio de principijs et coniunctionibus ſpiritualium et corporalium rerum et de eorum naturis: et de finibus cauſarum: que ſunt propter homines. Iterum de diſpoſitionibus: et habitibus: que in hominibus conſiſtunt: et de pluribus alijs: de quibus in quīta parte libri huius loquemur. ¶ Per arborem moralem datur cognitio de virtutibus et vitijs: que ſunt ī hominibus. ⁊ de cauſis: per quas virtutes ⁊ vitia aſſunt et abſunt. ¶ Per arborem imperialē datur cognitio de regimine principum et de fine quare ſunt publice ſiue communes perſone. ¶ Per arborem apoſtolicalem habetur cognitio de vicaria: quam ieſus chriſtus tradidit beato petro. et de ſanctitate: que requiritur in prelatis et eorum ſubditis. et de fine: propter quē eligunt̄ ad eſſendū perſonas communes. ¶ Per arborem celeſtialem datur cognitio de impreſſione: quam corpora ſupraceleſtia influunt in corporibus inferioribus/ et de naturis: quas corpora inferiora recipiunt a corporibus ſuperioribus. ¶ Per arborem angelicalem habetur cognitio de angelorū quiditate/ et de eorū operationibus quas habent in ſe/ et de gloria: quam dant deo/ et de ſubſidijs: que hominibus faciunt. ¶ Per arborem euiternalem datur cognitio de paradiſo et de inferno et de continua duratione: que eſt in alio ſeculo ſine fine. ¶ Per arborem maternalem intelligimus dominam noſtram ſanctam mariam: que mater eſt iuſtorum ⁊ peccatorum: et datur cognitio de ſpe ⁊ auxilio: que in illa et ab illa habemus et habere poſſumus: ⁊ de reſpectu gloria et amore: qui ſunt inter ipſam et filium ſuum ieſum chriſtum. ¶ Per arborem diuinalem et humanalem ieſum chriſtum ⁊ participationem diuine nature et humane intelligimus. et habetur cognitio quomodo ieſus chriſtus eſt finis et perfectio omnium

entium creatorum. ¶ Per arborem diuinalem deum intelligimus et operationes quas in ſe habet et in creaturis: et finem ſiue perfectionē: quos habet in ſe ⁊ quos habemus in ipſo. ¶ Per arborem exemplificalem exempla intelligimus: que dari poſſunt de arboribus ſupradictis: ⁊ datur cognitio ad inueſtigandum et oſtendendum naturas earum et proprietates. Et hec arbor multum eſt bona ad predicandum. ¶ Per arborem queſtionalem artē intelligimus et modum queſtiones faciēdi et ipſas ſoluendi. Et datur cognitio ad inueſtigandum rerum veritates: ⁊ ad deſtruendum ⁊ confundendum errores: qui in multis libris ponuntur: per quos multi homines tanꝙ ceci in tenebris exiſtūt.

## De arbore elementali.

ARbor iſta diuiditur in ſeptem partes. Prima pars eſt de ſuis radicibus. Secūda de ſuo trunco. Tertia eſt de branchis ſuis. Quarta de ramis. Quinta de foliis. Sexta de ſuis floribꝰ. Septima de ſuo fructu. ¶ Per ſuas radices intelligimus principia artis generalis: que ſunt bonitas/magnitudo/duratio/poteſtas/ſapientia/voluntas/virtus/veritas/gloria/differentia/concordantia/contrarietas/principium/medium/finis/maioritas/equalitas/et minoritas. ¶ Per truncum omnium iſtorum principiorum corporalium congregationem intelligimus. Unde ſequitur ſiue reſultat vnum corpus confuſum: quod dicitur chaos quod complet totum ſpacium: quod eſt ſub luna diffuſum. in quo ſpecies rerum ſunt ſeminate ſiue diffuſe/et diſpoſitiones et habitus earum. intantum: ꝙ ipſum corpus eſt ſubſtantia confuſa rerū elementatarum accidentibus ſubiacens. ¶ Per branchas quattuor elementa intelligimus. videlicet ignē/aerē/aquam/⁊ terram/que ſunt ſubſtantie rerum elementatarum: in ipſis ſuſtentatarum. Et ipſa inſenſibilia ſunt ⁊ incorruptibilia: inquantum ſunt ſimplicia. ¶ Per ramos quattuor maſſas ſcilicet quattuor elementa cōpoſita ⁊ ſenſibilia intelligimus. videlicet ignē quē in flāma ſentimus. ⁊ aerem motum: qui eſt inter nos ⁊ lunam. ⁊ aquam maris fontiū ⁊ fluminū. et terram: in qua habitamus ⁊ ſuſtētamur. Et iſta ſunt mēbra arboris elementalis. ¶ Per folia intelligimus rerum corporalium corruptibiliū accidentia. ſicut ſunt quātitas qualitas ⁊c. ¶ Per flores rerum inſtrumenta intelligimus. ſicut eſt manus: que eſt inſtrumentum ad operandum: ⁊ pes ad eūdum. ¶ Per fructum elementata intelligimus. ſicut ſunt lapis/pomum/homo/leo/piſcis/auis/aurum/⁊ argentum.

¶ De prima parte arboris elementalis ſcilicet de radicibus. Et primo de bonitate.

IN parte iſta intendimus dare diffinitiōes bonitatis ⁊ aliorū principiorū: vt cū ipſis diffinitionibus principia cognoſcātur. ¶ Bonitas eſt ens rōne cuius bonū agit bonū. et ſic bonum eſt eē: ⁊ malum eſt non eſſe. ¶ Eſt bonitas radix arboris elementalis: inquantum arbor per bonitatem eſt bona. ⁊ ratione bonitatis agit bonum: inquantum res primarias et naturales producit. videlicet branchas ramos et ceteras partes ſuas. ⁊ eius priuatio eiuſqꝫ operationū eſſet mala. Et operationes ſue ſunt primarie: inquantum omnia nālia eēata ab ipā ſunt diriuata: et de ſua eēntia ſunt eſſentiata. Eſt bonitas vniuerſale principiū oībus partibꝰ: q̄ ſunt bone in arbore. ſicut magnitudo arboris: que eſt bona ꝑ bonitatem. et idem eſt de duratione poteſtate et ceteris partibus. Et ideo eſt bonitas radix omnibus partibus arboris: que ex illa ſuam capiunt ſimilitudinem. videlicet ꝙ ſunt bone per ipſam. ¶ Hec bonitas generalis in ſemetipſa eſt plena ſuiipſius et ceterarum partium. Eſt plena ſuiipſius in ſemetipſa: inquantū in ſemetipſa partes hꝫ eēntiales ⁊ ꝯcretas: que de

ſua ſunt eſſentia ſpecie et natura: videli-
cet bonificatiuū bōificabile ⁊ bonificare.
Bonitas eſt ceteris ꝑtibus plena: inquā-
tū eſt magna ꝑ magnitudinē: ⁊ durabilis
per durationē: et potēs per ꝑtātem. Idcir
co bonitas eſt radix arboris cū cōplemen
to: qđ ſupra dixim⁹. per qđ eſt cōpleta rō:
ꝑ quā arboꝛ ſit bona ⁊ agat bonū. Vñ cū
bonitas ſit ꝑ ſe plena ⁊ ꝑ aliud: opȝ ꝙ ſit
radix ſubſtātialis. qꝛ ſi nō eſſet: nō eēt ma
gnitudine plena: cum ſubſtātia maior ſit
accidēte. nec ſubſtātialiter eſſet arboꝛ bo-
na. Et talis priuatio ſubſtantialitatis eēt
mala: ⁊ arboris ſuarūq; partiū vacuitas.
eſt ergo bonitas pars ſubſtantialis: vt na
tura paſſionem non habeat vacuitatis.
¶ Bonitas inquantum per magnitudi-
nem eſt magna/ et per durationem dura-
bilis/ et per poteſtatem potens: et ſic de ce
teris: eſt accidētibus ſubiectata. que ſunt
ſimilitudines: quas ab aliis partibus aſ-
ſumit. et inquantum cetere partes ab ipa
capiunt ſimilitudines ſunt ille ſimilitudi
nes quas recipiunt accidentia. ſicut ma-
gnitudo que bona eſt ꝑ bonitatē et dura-
tio ſimiliter et poteſtas ⁊c̄. Et in hoc eſt
fons generalis ceteris accidentibus: que
de partibus ſubſtātialibus procedunt.

¶ De magnitudine.

Magnitudo eſt illud ens: per qđ
bonitas duratio ⁊c̄. ſunt ma-
gne: ambiens omnes extremi-
tates eſſendi. Magnitudo eſt ſubſtantia-
liter radix arboris: vt ipſa ſubſtantialiter
ſit magna. et ꝙ magnitudo ſit id quod ē.
quoniam ſi magnitudo non eſſet princi-
pium ſubſtantiale: paruitas eſſet in boni-
tate/ duratione/ poteſtate/ et virtute ⁊c̄. et
non eſſet hoc quod eſt: neq; per ipſam eēt
arboꝛ magna. quod eſt impoſſibile. Eſt er
go magnitudo ſm̄ ſemetipſam ſubſtātia-
lis: et ſimilitudines quas dat ſunt accidē-
tales. ſicut de bonitate prediximus. Sed
quoniam magnitudo eſt vna pars arbo-
ris: eſt arboꝛ per illam ſubſtantialiter ma
gna: quemadmodum totum per ſuas par
tes eſſentialiter eſt totum. Et ad proban-
dum ꝙ duratio poteſtas ⁊ alie arboris ra
dices cōtrarietate excepta ſunt ſubſtātia-
les partes: ſufficit probatio: quā dedimus
de bonitate magnitudine ⁊c̄. que ſunt par
tes ſubales. ¶ Cōtrarietatem tū nō dici-
mus partem eſſe ſubalem: vt probauimus
in tabula generali. ¶ Per hāc magnitu
dinē habetur cognitio de magnitudine
arboris: quā habet ſm̄ ſuas radices ⁊ ſm̄
ſuum truncum/ branchas/ ramos/ folia/
flores/ ⁊ fructus.

¶ De duratione.

Duratio eſt proprietas: ꝑ quam
durāt bonitas magnitudo ⁊c̄.
Bonitas durat per durationē
in ſuo exiſtere ⁊ agere. ſicut duratio: que ē
bona in ſuo exiſtere ⁊ agere ꝑ bonitatem.
Unde ſicut radix a terra cum qua partici
pat: influentiaȝ aſſumit: ſic duratio eſt ra
dix vnde bonitas influentiam ad duran
dum aſſumit in ſeipſa/ ⁊ etiam ad durifi-
canduȝ ſimilitudines: quas bonitas dat
ceteris partib⁹ ſube. Et hoc quod dicim⁹
de bonitate: ſequitur de poteſtate ⁊c̄. Id-
circo eſt duratio ratio per quam arboꝛ et
omnes eius partes durant.

¶ De poteſtate.

Poteſtas eſt id: per quod bōitas
magnitudo duratio ⁊c̄. poſſunt
exiſtere ⁊ agere. Bonitas eſt: et
inquantum eſt: poteſt eſſe. quoniam ſi eſſe
non poſſet: nō eſſet. Quia bonitas eſt ita
ſub ratiōe poteſtatis: inquātū eſſe poteſt:
ſicut poteſtas eſt ſub ratione bonitatis:
inquantum bona eſt per bonitatē. Et qm̄
bonitas in ſeipſa operationeȝ habere po
teſt per poteſtateȝ videlicet bonificare: qđ
ſine poteſtate habere nō poſſet: opȝ ꝙ po
teſtas in ſe habeat poſſificare: per qđ bo-
nitas poſſit habere in ſe bōificare. qđ ha
bere non poſſet: ſi poteſtas non haberet
poſſificare. Et ideo poteſtas eſt radix ar-
boris cum bonificare: inquantum bonifi
care eſt per poſſificare. Et idem eſt de ma-
gnificare durare ⁊ ceteris. Quare in ar-
boꝛe ſequitur poſſificare de rebus poſſibi
libus/ ſm̄ ſuiipſius ⁊ ſuarum partium ra-
tionem. Et ea que ſunt in illa impoſſibi-
lia: ſunt impoſſibilia. quia ſub rōne ſuorū
principiorū non exiſtunt: ſicut ē impoſſi
bile: ꝙ ignis in aquaȝ eſſentialiter poſſet
conuerti/ et aqua in igneȝ vel vna ſpecies
in aliā.

¶ De ſapientia.

Sapientia eſt id ratione cuius ſapiens intelligit. In arbore eĺali ſunt inſtinctus naturales. ſicut ignis: qui habet inſtinctum naturalē ad calefaciendum aerem: vt habeat cum illo concordantiaꝫ. et ad calefaciendū aquā: vt cum illa habeat contrarietatem. vt de concordantia ſequatur generatio/ꝛ de cōtrarietate corruptio. Cum ſit ita: ꝙ generatio cum eſſe habeat concordantiam/et corruptio cum non eſſe. Unde ratione huius ignis inſtinctum habet naturaleꝫ ad has operationes naturales faciendum: ꝗuis diſcretioneꝫ non habeat. Quare in eĺatis q̄ diſcretionem non habent/ꝛ inclinationes habēt naturales ad illos fines: quare ſunt: ſtant inſtinctus naturales habituati in figura ſapientie vel ſciētie: que eſt in hominibus. Et propter hoc eſt inſtinctus naturalis radix arbori elementali: ratiōe cuius inſtinctꝰ naturales ſunt in illa habituati ꝛ diffuſi.

¶ De voluntate.

Voluntas eſt id: per quod bonitas magnitudo ꝛc̄. ſunt amabiles. In arbore elementali ſm̄ ſuā naturā nō eſt volūtas ſpiritualis. ſed in ipſa ſunt habituate ꝛ ſeminate voluntates animalium irrationabiliumꝛ appetitus plantarumꝛ elementorum: qui ſunt naturales appetitus cauſis naturalibus deſideratis ſub ratione bonitatis: ꝛ ſic de ceteris. Sicut ignis: qui habet appetituꝫ ad calefaciendum aerem: vt det ei ſuam ſimilitudinem. Et ſicut planta que habet appetitū ad pluuiaꝫ: vt ex illa viuat ꝛ creſcat. Et ſicut leo: qui habet appetitum ad leoniſſam pro ſpecie ſua conſeruanda: et ad bibendum: vt det humiditatē ſuis partibus deſiccatis ꝛ calefactis: ꝛ idem ē de ceteris eĺatis. ¶ Iſte appetitus naturalis ē radix arboris elemētalis: vt habeat naturales appetitus particulares habituatosꝛ diffuſos ſub vniuerſali appetitu: quem diximus.

¶ De virtute.

Virtus eſt origo vnionis bonitatis magnitudinis ꝛc̄. Oritur virtus de vnitate bonitatis in bonificare: inquātū bonificare exit virtuoſe de bonificatiuo ꝛ bonificabili: in qbus exit virtus ſiue oritur: vt bonificare ſit virtuoſum/ꝛ bōificās ꝛ bōificabile ſīt ter virtuoſa. Et idē ē de exitu: quē facit virtus de aliis cauſis p̄mariis ꝛ ſecūdariis. Et hec virtus eſt radix arboris elementalis: per quam virtutem habet in ſeipſa et in ſuis partibus: vt ſint virtuoſe. et ꝙ faciant operationes virtuoſas.

¶ De veritate.

Veritas eſt id: quod eſt veruꝫ de bonitate magnitudine ꝛc̄. Et verificare eſt id: quod verum eſt de bonificare magnificare ꝛc̄. Ignis eſt: ꝛ poſtꝙ eſt: verum eſt illum eſſe. quoniam ſi ſuum eſſe non eſſet verum: ipſe nō eſſet. Ergo ignis eſt ita per veritatem in vero: ſicut per calorem ī calefacere/ꝛ per lucem in lucere. Hec veritas que res primarias ponit in vero: eſt radix vniuerſalis. ceteris veritatibus: q̄ in arbore elemētali cōſiſtūt. Et ipſa eſt genus: ꝛ ille ſunt ſpecies in arbore diffuſe ꝛ habituate vnde diriuātur cetere induiduate veritates. ſicut veritates ignis ꝛ aliorum elementoruꝫ: que ſunt ſpecies exiſtentes ſub radice: que eſt genus. de qua radice dictum eſt. Et veritates induiduate ſunt: ſicut eſt calor piperis ꝛ allei ꝛ humiditas et frigiditas cucurbite.

¶ De gloria.

Gloria eſt ipſa delectatio: in qua bōitas magnitudo ꝛc̄. quieſcūt: Gloria que eſt cum diſcretione: non eſt ſimpliciter in arbore elementali: quia non pertinet niſi rationali. ſed eius ſimilitudoꝛ figura eſt in arbore elemētali: vt eius partes quietem habeant. Et illa eſt delectatio naturalis ꝛ corporalis. ſicut ignis: qui delectatur in dando ſuaꝫ ſimilitudinem aeri: inquantum ipſum calefacit. et in recipiendo ſiccitateꝫ a terra: vt ſit ſiccus. cum qua ſiccitate delectatur deſtruere humiditatē aeris: vt illum calorem ſuum recipere compellat/ꝛ vt nō det aque humiditatem. Contra quam aquaꝫ delectatur: vt ipſam poſſit calefacere/ꝛ in ipſa frigiditatem mortificare. Et ſic de ceteris rebus naturalibus: que delectantur in ſuis operationibus. quemadmodum planta: que floresꝛ fructus facere delectatur/et leo cū leoniſſa. Et propter hoc

hec delectatio naturalis ⁊ generalis quã diximus: eſt radix arboꝛis elementalis: ratione cuius delectationes inferioꝛes in illa ſunt ſeminate: quas quedam res habent in aliis ſm ꝙ ſupꝛa diximus.

¶ De differentia.

Differentia eſt id: ratione cuius bonitas magnitudo ⁊c. ſunt rationes inconfuſe: ⁊ per quam bonificans ⁊ bonificabile ſunt inconfuſa. Differentia eſt radix generalis per quam differunt res pꝛimarie et naturales. ⁊ idẽ eſt de ſecundariis. ſicut bonitas magnitudo ⁊c. que in creaturis non ſunt idẽ: immo per differentiã ſunt differentes intãtũ: ꝙ vna non eſt alia. Et idez eſt de bonificante ⁊ bonificabili ⁊ bonificare: que differunt in bonitate. Et de magnificante magnificabili ⁊ magnificare: q̃ differunt in magnitudine. Idcirco differentia eſt ratio ⁊ occaſio: ꝙ de pluribus ſit pluralitas. ⁊ ꝙ differant ſubaliter: quẽadmodũ ignis aer homo ⁊ equꝰ: que differunt ſubſtantialiter: ſed ſine differentia hoc eſſe non poteſt: niſi differentia pꝛincipium ſubale eſſet in partibus ſubſtantialibus: videlicet differans/differabile/⁊ differare: que ſunt partes de ſua eſſentia ⁊ ſubſtantia. ¶ Veruntamen differentia eſt alio modo pꝛincipiuz accidentale: quemadmodum arboꝛ ⁊ lapis: que per accidens differunt: inquantuz non ſunt differentes per ſe. ſed per differentiã. Sicut arboꝛ que non eſt per ſe coloꝛata: inquantum eſt ſubiacens ſpeciei arboꝛis. ſed eſt coloꝛata: inquantum eſt ſubiacẽs ſpeciei coloꝛis. ¶ Differentia habet tres ſpecies. Eſt enim differentia inter ſenſuale ⁊ ſenſuale: ſicut inter hominem ⁊ aſinum: qui differunt per ſpeciem. ¶ Et inter ſenſuale ⁊ intellectuale: ſicut inter coꝛpus ⁊ animam: que differunt per differentiã. ¶ Et inter intellectuale ⁊ intellectuale. ſicut inter intellectum ⁊ voluntatem: ⁊ inter deũ ⁊ angelum: qui differunt per differentiã. Et per has tres ſpecies quas diximus de differentia: ſunt omnia entia differentia. Sed in arboꝛe elementali non eſt differẽtia rerum ſpiritualium: ſed ſenſualium. Et per illam habet ſpecies in ſe ſeminatas ſiue diffuſas differentes adinuicem: ſicut ſpecies bouis ⁊ aſini / pomi ⁊ equi / folii ⁊ floꝛis. ⁊ ſic de aliis ſenſualibus rebus ſubſiſtentibus elementatis. Et pꝛopter hoc: hec differentia eſt radix arboꝛis elementalis. Ex qua differẽtia omnes ſpecifice differentie deriuantur: exiſtentes in arboꝛe in potentia per materiam: ⁊ in habitu per foꝛmam.

¶ De concoꝛdantia.

Concoꝛdantia eſt id: ꝑ quod bonitas magnitudo ⁊c. in vno ⁊ in pluribus concoꝛdant. ¶ Plura concoꝛdant in vno ⁊ in pluribus ꝑ cõcoꝛdantiaz. ſicut bonitas magnitudo ⁊c. que concoꝛdant: vt ſint partes vnius ſubſtantie. ſicut ſubſtantia pomerii: que bona eſt ⁊ potens ⁊ magna. Concoꝛdant adhuc: vt quelibet remaneat hoc quod ẽ in ſubſtantia: vt in illa ſubſtantia differentia non perdatur. nec ille ſuum eſſe perdant. nec earum naturas nec pꝛopꝛietates. quia ſi perderetur in vnitate ſubſtantie: rerum pluralitas perderetur: in qua perditione concoꝛdãtia perderetur. quoniam ſubiectum non haberet in quo foret ſuſtentata ⁊ eſſet contra ſeipſaz. quod eſt impoſſibile. quoniam nullum ens naturaliter eſt contra ſeipſum. Eſt ergo concoꝛdantia ratio vni ⁊ pluribus. et ſub tali ratione eſt radix arboꝛis elemẽtalis. per quam radicez ſeminate ſunt in arboꝛe elemẽtali ſubiecta arboꝛi humanali plures concoꝛdantie naturaliũ rerum ſpeciales exiſtentes ſm tres ſpecies: quas de differentia pꝛediximus. ſicut inter ignem ⁊ aerem. in quibus eſt concoꝛdantia ſenſualis: inquantum in caloꝛe concoꝛdant. Et quemadmodum inter ſenſuale ⁊ intellectuale: vt coꝛpus ⁊ anima que adinuicem concoꝛdant. vt ex ipſis ſit vnus homo. et vt hoc quod ſunt: remaneant. Et inter intellectuale ⁊ intellectuale. ſicut intellectus ⁊ voluntas: que concoꝛdant inſimul ad accipiendum vnum obiectum. quemadmodum intellectus: qui illud accipit intelligendo: et voluntas amando.

¶ De contrarietate.

Contrarietas eſt quoꝛundã mutua reſiſtentia pꝛopter diuerſos

fines. Hec contrarietas tres habet ſpecies. ſm quod dictum eſt de differentia. Contrarietas eſt inter ſenſuale τ ſenſuale. ſicut inter ignem et aquam: inter quos eſt contrarietas per caloꝛem τ frigiditatem. Item eſt ↄtrarietas inter ſenſuale τ intellectuale. ſicut inter coꝛpꝰ τ animam hois. quoniam anima naturaliter ſe habet ad aliam vitam: τ coꝛpus ad vitã iſtã. Contrarietas eſt inter intellectuale τ intellectuale. ſicut inter bonum angelum et malum. τ ſic de alijs rebus ſimilibꝰ iſtis. Illa contrarietas que eſt inter ſenſuale τ ſenſuale: eſt radix arboꝛis elemẽtalis: vt in illa ſint cõtrarietates ſpecifice ſeminate exiſtentes ſub generatione τ coꝛruptione τ finibus contrarijs. quemadmodum ignis: qui ſe habet ad calefacere: τ aqua ad frigefacere.

¶ De pꝛincipio.

PRincipium eſt id: quod ſe habet ad omnia in ratione alicuius pꝛioꝛitatis. Hoc pꝛincipiũ eſt radix arboꝛis elementalis: vt per ipm ſue partes ſint pꝛime τ generales. Quũ ſicut pꝛincipium eſt bonũ p bonitatẽ: eſt magnum per magnitudinem: durans p durationem: τ potens per poteſtatem. ſicut bõitas magnitudo duratio poteſtas τc. ſunt pꝛincipia per pꝛĩcipiuꝫ: quod eis dat ſuam ſimilitudinẽ: ſicut ex illis ſimilitudinem accipit. ¶ Pꝛincipium generale duobus modis intelligimus: ſubſtãtiale ſcilicet τ accidentale. Subſtãtiale ſicut efficiens foꝛma τ materia τ cauſa finalis. Accidentale: ſicut quãtitas qualitas relatio τ alia accidentia generalia. ¶ Pꝛincipium quod eſt efficiẽs: eſt ſicut ignis: q̃ pꝛincipiat calefacere. τ agẽs naturale: qꝺ pꝛincipiat generare. quẽadmodũ homo: qui generat alium hominem. ¶ Pꝛincipium foꝛmale eſt: ſicut foꝛma: que materiam infoꝛmat. quẽadmodum foꝛma vegetatiue: que infoꝛmat materiam arboꝛis: inquantum ipſam materiam facit ſtare vegetabilem. ¶ Pꝛincipium materiale eſt ſicut materia ferri: que eſt pꝛincipium ad plura. ſicut ad clauum ad gladium et ad cultellũ. ¶ Pꝛincipium finale eſt ſicut homo: qui eſt pꝛincipiũ finale omniũ ſuarũ partium. quũ omnes partes hois ſunt: vt homo ſit. Et ſicut habitare: quod eſt pꝛincipium finale camere. ¶ Pꝛincipium accidẽtale eſt ſicut quãtitas: que eſt pꝛincipium menſurarum. τ qualitas: que eſt pꝛincipium figurarum: τ ſic de alijs. ¶ Per hoc pꝛincipiũ generale in arboꝛe elementali ſunt plura pꝛincipia diffuſa. ſicut diſpoſitio: que eſt pꝛincipiũ ad habitus ſpecierũ in ipſis diffuſos τ ſeminatos.

¶ De medio.

MEdiũ eſt ſubiectũ: per quod finis influit pꝛincipio ſuã ſimilitudinẽ/ et per quod pꝛincipiũ refluit fini naturam ſapiens vtriuſq;. Et finis influit pꝛincipio ſuam ſimilitudinem. ſicut calefactiuũ ad calefactibile: et mediũ eſt calefacere. τ ſicut habitatio ad cameram: τ mediũ eſt habitare. Et ſic de alijs rebus ſimilibus iſtis. ¶ Hoc mediũ tres habet ſpecies. Una eſt ſm medium cõiunctionis. ſicut clauus: qui coniungit duos poſtes. τ amare: qꝺ coniũgit amantem τ amatum. τ calefacere calefaciens τ calefactũ. ¶ Alius eſt modus medij: qꝺ eſt menſurarũ. ſicut centrũ: qꝺ eſt in medio loco circuli. τ calefacere: qꝺ eſt in medio loco calefacientis τ calefactibilis. et intelligere intelligentis τ intelligibilis. et numerus binarius in medio vnius et triũ. τ actus in medio potentie τ obiecti. ¶ Tertia ſpecies medij eſt mediũ extremitatũ. ſicut linea q̃ eſt inter duo pũcta. τ amplum inter longum τ pꝛofundũ. τ virtus temperãtie: que eſt inter nimis τ parum. Et ſic de alijs rebus ſimilibus iſtis. ¶ Scdm tres ſpecies antedictas eſt medium radix arboꝛis elementalis. que habet in ſe diffuſa ſeu ſeminata plura media diſpoſita ad ducendum per agentia naturalia in actum. ſicut in pipere: vbi ſunt media antedicta: exiſtente intra piper vno puncto medio qui eſt centrũ ad circũferẽtias. Adhuc in illo eſt calefacere: qꝺ calefaciens τ calefactum coniungit. et linee: que ſunt media terminata exiſtentia intra extremitates ſuperficierum. Idcirco plante τ generata creſcunt vſq; ad medinm locum: qui eſt centrum

augmenti ⁊ generationis. ⁊ deſcendunt
vſq; ad finē priuationis per corruptionē.

¶ De fine.

Finis eſt: in quo principiū quie-
ſcit. Finis habet tres ſpecies.
¶ Eſt enī finis: qui eſt cōplemē
tum. ſicut calefactū: quod eſt finis calefa-
cere. quoniam calefacere eſt: vt ſit calefa-
ctū. ⁊ res viſa: que eſt finis videre. ⁊ ama-
tū amare. et clauus: ꝗ eſt finis martelli. ⁊
ſic de aliis rebus naturalibꝰ ⁊ artificiali
bus. ¶ Eſt alius finis: ꝗ eſt ſm priuatio-
nē. ſicut priuatio virtutis: aut viſus: aut
hominis mortui. ¶ Eſt etiā aliꝰ modus
finis. ſicut termini terrarum ⁊ regnoꝝ ⁊
extremitates ſubaꝝ. Scdm has tres ſpēs
finis eſt finis radix arboris el'alis in qua
fines rerū naturaliū ſunt in potentia. Et
ꝓpter hoc ſunt appetitus ⁊ inſtinctus na
turales in arbore el'ali diffuſi ſm naturā
ſue radicis: que eſt finis ⁊ diſpoſitionis
quā habet cum aliis radicibus.

¶ De maioritate.

Maioritas eſt imago magnitudi
nis immēſitatis bonitatis eter
nitatis ⁊c. Maioritas eſt in tri
bus modis. ¶ Eſt enī maioritas: que eſt
de ſubalibus. ſicut ſuba hoīs: que maior
eſt in bonitate ⁊ virtute ꝙ ſuba aſini: ⁊ ad
huc cū ipſa ſit de pluribꝰ rebꝰ. qm̄ i aſino
rōnalitas non eſt: ſed in hoīe. ¶ Eſt alia
maioritas: ꝗ eſt inter ſubaꝫ ⁊ accidens. ſi
cut bonitas ſubſtātialis: que maior eſt ꝙ
bonitas accidentalis. ¶ Eſt alia maiori-
tas: que eſt inter accidēs et accidēs. ſicut
videre qḋ maius eſt in bonitate ꝙ calefa
cere: ⁊ intelligere ꝙ videre. ¶ Per has
maioritates i arbore poſſunt eſſe plures
maioritates: et quedā maiores aliis. quē
admodū ignis: qui eſt maior in pipere in
calefacere ꝙ aqua: ⁊ clauus ꝙ martellus
in fine: ⁊ aurum ꝙ ferrum ad emenduꝫ et
vendendum: ⁊ ſic de aliis rebus.

¶ De equalitate.

Equalitas eſt ſubiectum in quo
finis cōcordantie bonitatis ma
gnitudinis ⁊c. quieſcit. Hec eq̄
litas in arbore elementali eſt radix tri
bus modis. ¶ Videlicet equalitas: que
eſt inter ſubſtantiaꝫ et ſubſtantiam: ſicut
Raymundi ⁊ martini: que equales ſunt
in ſpecie hoīs. ¶ Et equalitas: que eſt
inter ſubam ⁊ accñs. ſicut ꝙtitas: que eſt
ita magna in extēſitate. ſicut ſuba corpo-
ralis ſub illa exiſtēs. ¶ Eſt ⁊ alia equali-
tas inter accñs ⁊ accñs. ſicut decoctio de
duabus plātis facta vna exñte in quarto
gradu caloris: ⁊ alia in quarto gradu fri
giditatis: que equales ſunt in calefacere
⁊ frigefacere patiētē. ¶ Eſt vna alia equa
litas ꝓportionalis: que eſt ſicut membra
in ſubſtātia hoīs: que ſm ꝓportionē con
ueniūt: ꝙuis vnū mēbrū ſit alio maius.
Scdm hos modos equalitatis eſt equa-
litas radix arboris elemētalis. in qua di-
ſpoſite ſunt ⁊ habituate plures natura-
les ⁊ particulares equalitates de vniuer-
ſali equalitate (quam prediximus) deri-
uate.

¶ De minoritate.

Minoritas eſt ens circa nihilū.
Hec minoritas intelligi poteſt
ſm qḋ intelligit de maiorita-
te. cū maioritas ⁊ minoritas ſe habeant
relatiue. ¶ Minoritas eſt prope nō eſſe
ſm comparationē maioritatis: que plus
habet de eſſe ꝙ minoritas. ¶ Adhuc qñ
res de nō eſſe in eſſe deueniunt: ante ſunt
in minoritate ꝙ in maioritate. Et quan-
do corrūſit de eſſe in nō eſſe prius ſunt in
maioritate ꝙ in minoritate. Unde cum
hoc ita ſit: minoritas ergo eſt gn̄ale prin-
cipiū ⁊ radix in arbore: per quā ſunt plu
res minoritates: vt in illa ſit diſpoſitio ⁊
potentia: per quam quedā ſuaꝝ partium
ſunt minores ꝙ alie. ¶ Dictum eſt de ra
dicibus arboris el'alis. ⁊ data eſt doctri-
na ſeu cognitio: quō arbor elemētalis eſt
aſſituata ſm ſuam naturam radicū: quā
diximus. Propter hoc haberi pōt cogni
tio de rebus primariis naturalibus in ar
bore ſuſtentatis ſeminatis et diſpoſitis
quomodo ducantur ad habitus ⁊ actus
per agentia naturalia deſcendentia ⁊ di-
riuata de primis: quēadmodū ſecundus
homo qui deſcendit de primo: ⁊ ſecunda
gallina de prima: quos primo deus crea-
uit: vt per operationem naturalem dedu
cerent in actum indiuiduata ſpecierū in
arbore exiſtentiū: ſm ꝙ ſupradiximus.

¶ De trunco arboris elemētalis.

Truncus iſte eſt hyle: qui dicit ſi-
ue vocat vniuerſale chaos. Et
eſt corpus primum exiſtens prin
cipium omniū generabilium ⁊ corrupti-
biliū elemētatorū. ⁊ eſt corp⁹ de p^a forma
⁊ de pma mā cōpoſitū. ¶ Forma pma eſt
aggregata de formis primarijs: qs ſupra
diximus. quēadmodū de bōificatiuitate/
magnificati^e/durificati^e/poſſificati^e ⁊c. q
componūt vnā formā vniuerſalē ſub qua
exiſtūt. ſicut ptes cōſiſtētes ſubtus ſubam
ex ipſis aggregatam ſiue cōpoſitaʒ. ⁊ hec
eſt forma trunci generalis. ¶ Prima ma
teria eſt aggregata de multis materijs. vʒ
de bōificabilitate/ magnifica^e/ durifica^e/
poſſifica^e/⁊ ceteris. qm oēs inſimul ſunt
diſpoſite: ꝙ ex ipſis ſit vna vlis mā ſicut
plures partes ſimul diſpoſite ſunt ad vnū
totū. Et hec ē materia pma trūci gnalis:
⁊ p bonificare magnifi^e /durifi^e/poſſifi^e/⁊
ceteros act⁹: forma vniuerſalis ⁊ materia
vlis cōiungūtur. ⁊ inſimul vnū corp⁹ (qđ
vocatur chaos) conſtituunt. in quo omnia
particularia corpora ſeminata ſunt ⁊ di-
ſpoſita eſſendi indiuiduata ad eſſendum
de eſſe corporis vlis. ſicut piper alleum et
pomuʒ que ſunt de quattuor elementis ⁊
clauus de ferro. ¶ Quod truncus iſte ſit
corpus: quelibet ſuarum radicum ſm ſuā
diſpoſitioneʒ ſignificat. Et probatur hoc
modo conſiderando bonitatem eſſe vnuʒ
punctum ⁊ magnitudinem alium. ⁊ ſic de
ceteris radicibus. Unde aggregata boni
tate magnitudini: ⁊ magnitudine dura-
tioni: ⁊ duratiōe poteſtati: ſequitur linea:
q eſt longitudo. Et aggregata duratione
bonitati: ⁊ poteſtate magnitudini: ſequi-
tur ſuperficies: que ē latitudo. Et quia qli
bet punctus eſt rotūdus: quia eſt plenus
ſuis concretis eſſentialibus: ſicut bōitas
que plena eſt ſuo bonificatiuo bonificabi
li ⁊ bonificare: ſequitur profundum. Cuʒ
ita ſit ꝙ oēs puncti ſunt adinuicē mixti:
vt in mixtione ſit eoruʒ quātitas ꝯtinua.
ſicut bōitas: que non poteſt eſſe magna ſi
ne magnitudine: nec durans ſine duratio
ne: nec potens ſine poteſtate: nec magni-
tudo /duratio/poteſtas ⁊c. poſſunt eſſe bo
ne ſine bōitate. Sunt ergo puncti mixti
adinuicem in continua participatione.

¶ Probauimus ergo longum amplum
⁊ profundum: vnde reſultat corpus de ne
ceſſitate. Et hoc corpus eſt rotundum et
ſpericum: quoniam eſt de partibus rotū-
dis (ſm quod prediximus) et ſuus locus ē
in concauitate ſpere lune: qui eſt ex ipſo
plenus. vt natura vacuum non ſuſtineat:
qz ſi ſuſtineret res naturales eēnt impoſ-
ſibiles. Truncus iſte ⁊ chaos eſt inuiſibi-
lis ratione confuſionis: in qua eſt/⁊ quo-
niā ſue partes cōtinue ſunt et qlibet ē in
alia: et quoniam viſibilitas nō eſt niſi de
partibus diſcretis. ſicut aer: qui partici-
pat cū oculis p cōtactū. ⁊ iō oculi non pñt
videre illū. Et etiā qz in trunco ptes eius
ſunt informes: ſicut quātitas qualitas ⁊
cetera accñtia ſuſtentata ſupra cōfuſionē.
quia opʒ ipſas eſſe confuſas. ¶ Et in con
fuſiōe ſubāli ⁊ accñtali ſeminate ſunt par
tes diſpoſite ad eſſendū formate in īdiui-
duatis exñtib⁹ actualiter ſub ſuis ſpēb⁹.
ſicut homo: q habet corpus indiuiduatū:
⁊ leo ſimiliter. ⁊ in quolibet illoruʒ eſt q̄nti
tas diſcreta ⁊ qualitas determinata ⁊c.
Et ideo corpora indiuiduata eĺata poros
habent: qui ſunt foramina: vbi ſunt pili
in animalibus ⁊ folia in plātis: ⁊ per ip-
ſos intrat ⁊ exit chaos: quēadmodū clari
tas que tranſit per vitrum ⁊ aqua per fo-
ramina. ⁊ ex hoc chaos viuunt ⁊ durant
eĺata. ¶ Trūcus generalis eſt de ſuis ra
dicib⁹: q ſunt cauſe primarie. Unde quē-
admodū ipſe eſt ex ipſis: ita hʒ aptitudi-
nē ⁊ naturam: ꝙ ex illo ſint cauſe ſecunda
rie. ſicut ignis ⁊ cetera eĺa: q ſunt ex illo:
⁊ ſicut planta/homo/auis/piſcis. Unde ſi
cut ipſe eſt de bonitate magnitudine ⁊ ce
teris eius partib⁹: ita opʒ ꝙ cauſe ſecūda
rie q ſunt ex illo ſint ex illo ſub rōne bōita
tis magnitudinis ⁊c. ſicut planta: que bo
na eſt ⁊ magna eſt de bonitate ⁊ magnitu
dine trunci. ⁊ ideo vna bōitas eſt ex alia.
⁊ vna magnitudo ex alia. ⁊ ſic de ceteris
partibus naturalibus. ¶ Trūcus iſte ge-
neralis cōſiſtit in tertio numero. ſicut pa
nis: qui ē de aqua ⁊ farina: in quib⁹ trāſit
in tertio numero in hoc: quod nō ē aqua
nec farina: q̄uis ſit de aqua ⁊ de farina.
Et hoc idem eſt de planta: que non eſt ele
menta: q̄uis ſit ex ipſis. Unde ſicut trun-

cius in numerum tertium tranſit intãtũ: ꝙ non eſt bonitas nec magnitudo nec cetere partes primarie: ex quibus ꝯſtitutus eſt: ita trunci ſiue ſtipites ſpecifici in trunco generali exñtes in potentia tranſeunt in aliam ſpeciem ⁊ in alium numerum qñ agẽs naturale trũcũ tangit gñalem ꝑ viã gñationis. queadmodũ potẽtia vegetatiua: que panẽ vegetat in carnem trãſmutando materiam panis ſub ſpecie altera. ¶ Trũcus iſte eſt ſubſtãtia rõne ſuarꝫ ꝑtiũ ſubſtantialiũ: ex quibus eſt aggregatus ſiue cõpoſitꝰ. videlicet de bõitate ſubſtãtiali ⁊ de magnitudine ⁊ aliis. ⁊ eſt ſub iacens accñtibus ſuarꝫ partiũ. Unde quẽadmodũ eſt facta ſiue cõſtituta ſubſtantia ex partibus ſubſtãtialibus: ita in ipſo eſt conſtitutũ accidẽs ex pluribus accidentibus. videlicet de q̃ntitate bonitatis ⁊ magnitudinis ⁊ ceterorum. ex quibus facta eſt vna *quantitas generalis et compoſita* de ſimplicibus quantitatibus ⁊ in numero tertio tranſacta: ex qua tranſeunt in alio numero ſpecifice quãtitates exiſtẽtes ſub ſpeciebus. ſicut q̃titas equi pomi *vel bouis: ⁊ hic tranſitus fit per agentia naturalia per viam generatiõis.* Eſt ergo truncus vniuerſalis de partibus ſubſtãtialibus ⁊ accidẽtalibꝰ aggregatus.

¶ De branchis arboris elementalis.

Brãche arboris elemẽtalis ſunt quattuor el'a ſimplicia. Et ſunt q̃ttuor vt in illis ſint differentia cõcordãtia ⁊ ꝯrietas. Quã ſi tres eẽnt aut minus: nõ reciperẽtur in illis. Et ſi q̃nq꜄ eſſent: vnũ eſſet ſuperfluũ. qm̃ ſufficit differentie: ꝙ ſit in concordantia et contrarietate. ſicut differentia: que eſt inter ignem ⁊ aerem. ⁊ eſt in concordantia caloris in hoc: ꝙ ignis ⁊ aer ſunt de complexione calida. Et ſufficit: ꝙ ſit in cõtrarietate aque ⁊ ignis: inquantum ignis eſt calidus et aqua frigida. Idem eſt *de terra*: quã oꝫ ſtare in cõcordantia ſiccitatis: que eſt inter ignem ⁊ terram. ⁊ ꝙ ſit in contrarietate terre ⁊ aeris ꝑ ſiccum ⁊ humidũ: que ſunt contraria. Sed hoc eſſe non poſſet: ſi el'a non eſſent quattuor. Idẽ ẽ de cõcordãtia ignis ⁊ aeris: quos cõcordare oꝫ in calore. Et ſilr aeris ⁊ aque: quos cõcordare oꝫ in hũiditate. Et aque ⁊ terre quas concordare oꝫ in frigiditate. Et hoc idẽ eſt ſuo modo de cõtrarietate: quã oꝫ eſſe ſubiectã complexioni calide ⁊ frigide. ⁊ ſimiliter cõplexioni hũide ⁊ ſicce. Sicut in pipere: in quo ſunt oẽs iſte cõplexiones. ⁊ ei ſufficit: ꝙ ſit ſubiectum differentiarum ⁊ cõcordãtiarũ ⁊ cõtrarietatũ: q̃s prediximus. Et adhuc q2 el'a ſunt quattuor ⁊ nõ minꝰ neq꜄ plus: ſunt diſpoſita: ꝙ ſint figurata in el'atis in figura q̃drãgulari/ circulari/ ⁊ triãgulari. quequidẽ tres figure neceſſarie ſunt: ꝙ aſſituentur in elemẽtatis. ¶ Quadrãgularis figura eſt inquãtũ eſt ex quattuor elementis. ⁊ fit linea recta de igne ad aerem per concordãtiã caloris. ⁊ de aere ad aquã per concordãtiã hũiditatis. ⁊ de aqua ad terram per concordantiam frigiditatis. ⁊ de terra ad igneꝫ per concordantiã ſiccitatis. Et ex illis q̃ttuor lineis ⁊ *concordantiis reſultat in el'atis* q̃drangulus naturalis: per quem extenſa ſunt ⁊ ampla. ¶ Circularis figura eſt: inquantuꝫ quedã elemẽta intrant in aliis. ſicut ignis: qui intrat in aerẽ dãdo ei ſuũ calorem: qui ſuum proprium ſubiectum qḋ eſt ignis nõ dimittit. Et idem eſt de aere: qui intrat in aquã dãdo ei ſuã hũiditatẽ. Et aqua: que intrat in terrã ei dãdo ſuam frigiditateꝫ. Conſimilimodo eſt de terra: que intrat in ignẽ ei dãdo ſuã ſiccitatem. Et ideo in el'atis conſiſtit rotunditas. ſicut in pomo et in capite hominis. ¶ Triangularis figura cauſatur ex linea que exit de igne ad aereꝫ: ⁊ de igne ad terram: et de terra ad aerem. Et hic triangulus ex duabus lineis concordantibus et vna cõtraria eſt cõpoſitus. Et idem eſt de triãgulo qui eſt de aere igne ⁊ aqua. ⁊ de triangulo qui eſt de aqua aere ⁊ terra. et de triangulo: qui eſt de terra aqua ⁊ igne. ⁊ ſic ſunt q̃ttuor trianguli: qui cõplẽt quadrangulũ: ⁊ quadrangulus cõplet circulũ. Et ideo eſt neceſſarium ꝙ ſint q̃ttuor el'a ⁊ non plura nec pauciora: vt in el'atis ſit plenum ⁊ non vacuum: vt inter vnũ elementum ⁊ reliquum poſſit eſſe differẽtia. ⁊ idem de concordantia ⁊ contrarietate oꝫ ꝙ ſint certe ⁊ ꝓprie q̃litates ⁊ appropriate: qbꝰ q̃ttuor el'a diſtincta ſunt ꝯcordã

tia contraria ⁊ differentiata.ſicut caloꝛ:q̄
eſt pꝛopꝛia qualitas ignis:et humiditas
aeris:et frigiditas aque:et ſiccitas terre.
Et quoniam ignis ceteraq́ꝫ elementa de
vno ⁊ eodē trūco generali ſupꝛadicto cōſi
ſtunt:⁊ de vna ⁊ eadem bonitate ⁊ magni
tudine: eſt vna bꝛācha ignis ratione dif⸗
ferentie:que eſt earuꝫ pꝛincipium:et alia
bꝛancha aer rōne diſtinctiōis:que eſt in⸗
ter caloꝛē ⁊ humiditatem. Et eadem bo⸗
nitas vna eſt in igne per caloꝛem/⁊ alia ī
aere per humiditatē.Et idem eſt de aqua
⁊ terra.Et in hoc paſſu patet differentia:
que eſt inter vnum elementū ⁊ aliud per
pꝛopꝛias qualitates. ⁊ diffinitio que fieri
poteſt ex ipſis apparet. quemadmodum
ignis:qui eſt illa ſubſtātia: que ꝓpꝛie eſt
calida/⁊ aer:qui eſt illa ſubſtantia:que ꝑ
ſe eſt humida.⁊ ſic de aqua et terra:q̄ dif⸗
finiri poſſunt ꝑ ſuas ꝓpꝛias qualitates.
Et eſt ſignificatū:quomodo de vno ſunt
plura.ſicut ex vna generali bonitate ſunt
plures ſpeciales bonitates/⁊ de vno trun
co multe bꝛāche.Et ex hac ſignificatione
ſignificant multitudines ſpecierū in bꝛā
chis ſeminatarū ſiue diffuſaꝝ ⁊ per quali
tates ꝓpꝛias diſtinctarū.¶Unūquodq́ꝫ
elementoꝝ habet ſuum locum ꝓpꝛiū ſm̄
q̄ ſibi melius eſt diſpoſitū. quēadmodū
ignis:cuius locus eſt ſua ſpera contigua
cum ſpera lune.⁊ locus aeris eſt ſpera cō
tigua cū ſpera ignis.⁊ locus aq̄ eſt ſpera
cōtigua cū ſpera aeris.⁊ locꝰ terre eſt ſpa
cōtigua cū ſpera aq̄ in ſuꝑficie:in qua ſu⸗
mus.Et rōne hoꝛuꝫ locoꝝ differentium ꝑ
altū ⁊ infimum/ continentem ⁊ contentū
ſunt elementa differentia/⁊ diuerſas ha⸗
bent operationes. ¶Jllud per qđ ſpera
ignis eſt:ſuꝑioꝛ aliis ſperis eſt:qm̄ ignis
hꝫ plus de virtute in ſe:inquātum habet
in ſe plus de foꝛma et minus de materia
q̄ cetera elementa. Et quia eſt plus leuis
et plus habet de motu pertinet ei:q̄ ſit
in altioꝛi ſpera: vt motus melius et ci⸗
tius ſe complere poſſit. Et hoc idem ſe⸗
quitur de ſpera aeris: quam opoꝛtet eſ⸗
ſe ſpera aque altioꝛem: quia tantum de
materia non continet ſicut aqua.et quia
leuis eſt et aqua ponderoſa.Et ratio qua⸗
re ſperam aque opoꝛtet eſſe ſupꝛa ſperam
terre eſt: quia minus habet de materia
q̄ terra. nec eſt ita grauis ſicut terra.
⁊ etiam quia elementata ſicut ſunt plan
te ⁊ beſtie in aqua ſuſtentari nō poſſent:
nec aqua in ſe ſine terra ſuſtētari poſſet.
¶Per has quattuoꝛ bꝛāchas quas pꝛe
diximus: oēs bꝛāche naturaliū arboꝝ cō
ſiſtunt. ſicut bꝛanche pomerij. ⁊ tibie leo
nis. et tibie et bꝛachia hoīs. tibie et ale
gruis. ⁊ ſpine tergi piſcis.Et ꝑ quattuoꝛ
elemēta ſimplicia ſignificantur ꝓductio
nes ⁊ extenſitates elemētatoꝝ.ſicut bꝛan
che pomerij:que in lōgitudine ſunt extē⸗
ſe. ⁊ ſicut tibie ⁊ bꝛachia hoīs.Et etiam
influentia ⁊ augmentatio ſunt ſignifica⸗
te per ipſam: ⁊ cetere conditiones perti⸗
nentes ad ipſam. ſicut mutatio numeri.
quoniam ſicut ignis in tertium numerū
tranſit inquantū eſt vna bꝛācha ſimplex
trūci generalis. ⁊ hoc per ꝓpꝛietatē ſpe⸗
cialem: ſic bꝛanche elemētate trāſeūt de
potentia in actum in numerum tertium
per agentia naturalia.

### ¶De ramis arboꝛis elemētalis.

Rami arboꝛis ſunt quattuoꝛ:
videlicet quattuoꝛ maſſe: q̄
ſunt mēbꝛa gn̄alia: que ſenſi
bilia ſunt.⁊ de eis ſimplici⸗
bus compoſita. Sicut ignis
quem videmus in flāma ⁊ carbone:⁊ qui
eſt in lapide ⁊ ferro. ¶Secūda maſſa eſt
aer:in quo reſpiramus ⁊ in quo ſtamus.
⁊ quem in odoꝛe ⁊ vento(qui eſt aer mo⸗
tus)ſentimus. ¶Tertia maſſa eſt aqua
maris fluminū ⁊ fontium pluuie ⁊ roꝛis:
quam cum frigiditate coloꝛe ſapoꝛe viſu
et odoꝛe ſentimus. ¶Quarta maſſa eſt
terra: in qua ſtamus ⁊ que eſt in lapidi⸗
bus et metallis: que ſunt terre conge⸗
late et deſiccate. Unaqueq́ꝫ harum maſ⸗
ſarum ex quattuoꝛ elementis ſimplici⸗
bus eſt compoſita. et ex ipſis diriuantur
ſubſtantie indiuiduate ſub ſpeciebus exi
ſtētes. ſicut coꝛpus hominis arboꝛis ⁊c̄.
¶Has quattuoꝛ maſſas vocamus quat
tuoꝛ ramos arboꝛis elementalis genera
lis. Et ipſas ramos vocamus: quia ha⸗
bent conditiones: que ramis conueniūt:
que ſm̄ radicum ſupꝛadictarum diſpo⸗
ſitiones exiſtūt: quemadmodum boniſ⸗

catiuum bonificabile ⁊ bonificare in bo-
nitate ſunt rami quolibet aliud reſpicien
te: vt ſit bonificatũ ⁊ vnoquoq; in alio exi
ſtẽte. Ergo modo conſimili q̃ttuor maſſe
ſunt rami ĩ hoc: ꝙ inter ſe vnũquodq; ele
mẽtum ſuꝑ aliud habet actionẽ vt ſit ele-
mẽtatum qđ eſt bonũ ⁊ de cauſis ſiue re-
bus ſimplicibus ꝓductũ. Sicut eſt ignis
qui eſt ignificatiuꝰ: inquãtũ eſt ſimplex. ⁊
cetera elemẽta ſunt ignificabilia in maſ-
ſis ⁊ ĩ elemẽtatis: q̃ ſunt ex ſpeciebus. Et
hoc ꝯuertitur ſicut aer: q̃ eſt aerificatiuꝰ.
⁊ cetera elemẽta ſunt aerificabilia in ele-
mẽtatis. vnde ſicut ex ramis plante diri-
uantur folia flores ⁊ fructus: ſic ex q̃ttuor
maſſis omnia indiuiduata elemẽtata di
riuant̃. In his quattuor ramis ⁊ maſſis
mortificata ſunt elemẽta ⁊ remiſſa quoli
bet aliud mortificãte. ſicut ignis qui aerẽ
cum calore mortificat: vt aqua que ſibi eſt
contraria: ſuã non influat humiditatẽ. ⁊
etiam ipſum mortificat cũ ſiccitate: quaꝫ
ex terra recipit: que ſibi alij cõtrariatur. ⁊
hoc intantũ: ꝙ aer ab igne ſe defendere
nõ põt. Et ecõuerſo aer ignẽ mortificat:
inquãtũ ſe iuuat cũ aqua ꝯtra calorem. ⁊
cum hũiditate ꝯtra ſiccitatem. Et ſic ſuo
modo de aq̃ ⁊ de terra. Unde ſicut in po-
merio ẽ materia magis digeſta ĩ ramis:
q̃ in branchis: ⁊ in branchis q̃ in trũco:
ſic in q̃ttuor maſſis eſt materia magis di
geſta ⁊ plꝰ diſpoſita q̃ ĩ ſimplicibus ele-
mentis. Et ideo ad ramos ſiue ramis q̃t-
tuor maſſas cõparamus ſine quibus nul-
lum elementatũ indiuiduatũ ex ip̃is ſim
plicibus elementis ſequi poſſet. qꝛ ſimpli
citatem elementoꝝ ſimpliciũ elementatũ
non poſſet ſuſtinere. In his ramis gñali
bus habituati ſunt et diſpoſiti oẽs rami
arboꝝ nãliũ ſpãlium. ⁊ in illis tranſitvnꝰ
numerus in aliuꝫ. ſicut vna materia: que
de vna ſpecie tranſit in alterã per genera
tionem ⁊ corruptiõem. Elementa tñ ſim-
plicia remanent ſemꝑ in ſuo eſſe inquãtũ
ſimplicia. qm̃ ſi in ſuis ramis ſuũ eſſe per
derent nec ad gñationẽ nec ad cõpoſitio
nẽ el'atoꝝ inclinationẽ haberent. cum ita
ſit: ꝙ omne ens nãle euitat non eſſe: ⁊ ſuũ
eſſe completum affectat. et etiã qꝛ nec bo-
nitas magnitudo ⁊ cetere radices arbo-
ris elementalis gñalis cũ elemẽtatis par
ticipare poſſent: ſi ſimplicia entia in com
poſitis ꝑderent: ⁊ ſicut ſimplicia el'a ſuũ
ꝓpriũ numerũ ꝑderẽt in cõpoſitis. ſic ra-
dices in arbore gñali ꝑderẽtur: qđ eſt im
poſſibile. Sunt ergo eſſentialiter ⁊ acci-
dẽtaliter elemẽta ſimplicia in cõpoſitis.
ſicut in denario remanent argentũ ⁊ cu-
prum. ⁊ in cipho vini limphati: vinum ⁊
aqua. ⁊ in hoĩe: aĩa ⁊ corpus. ⁊ in ſuba-
forma ⁊ materia. ⁊ ſic de alijs rebꝰ ſimi-
libus iſtis. Elementa ſimplicia de ſperis
ſuis ad alias ſperas aſcẽdũt ⁊ deſcẽdũt:
vt el'ata ſint: q̃ ſunt fines eoꝝ ⁊ cẽtra: qua
re ſunt. ſicut plures linee: q̃ ad vnũ pũctũ
ſe hñt. Et propter hoc opꝫ ꝙ vnũquodq;
el'm ſit in alio. qm̃ ſi ignis ſimplex ſtaret
in ſua ſpera ⁊ hic inferius nõ deſcẽderet:
ocioſus eſſet in hoc: ꝙ el'atũ ex ip̃o nõ ve
niret. ⁊ hoc nec finis neq; bonitas neq;
cetera prima principia ſm̃ curſum natu-
ralẽ pati poſſent. nec ignis qui eſt hic in-
ferius: eẽt de ſua eſſentia ⁊ haberet ꝑtes
cõpoſitas ⁊ nõ ſimplices. ⁊ ſic in ſua eſſen
tia ſe ſuſtinere non poſſet: ⁊ in illo boni-
tas duratio ꝑtãs ⁊c̃. deficerẽt ⁊ etiam in-
ſtinctus ⁊ appetitus naturales ad aſcen-
dendũ ſupra. qm̃ aſcẽdere non poſſet. nec
ille ſupra hic inferiꝰ deſcẽdere rõne ſpere
aque: q̃ eẽt in medio q̃ eſſet corpꝰ ſimplex
⁊ ſolidũ: qđ ſuũ ꝯtriũ trãſire ꝑ ſe nõ dimit
teret. Et adhuc ignis qui eſt ſupra: cũ ter
ra hic inferius participare nõ poſſet: nec
ſiccitatẽ ex illa recipere: ⁊ eẽt ſiccus ꝑ ſe ⁊
calidus. vnde inordinatio ſequeret̃. ⁊ ex
illis mixtio quã habẽt nõ eẽt. qꝛ q̃dã el'a
dãt alijs qualitates ſuas vt intrare poſ-
ſint in cõpoſitionẽ: vt etiã in illis q̃ntitas
cõtinua eſſe poſſit ꝑ trũcũ/ꝑ radices/⁊ ꝑ
brãchas arboris el'alis. Sũt ergo el'a ita
mixta q̃dã in alijs: ſicut ſunt radices ar-
boris. quaꝝ q̃libet eſt mixta in alia ⁊ oẽs
inſimul. ſicut bonitas ⁊ magnitudo q̃ ad
inuicẽ ſunt mixta: inquantũ q̃libet alteri
ſuã dat ſimilitudinẽ. ⁊ ſiĺtudines ſua ꝓ-
pria ſubiecta nõ dimittunt: ⁊ ſpere rema
nẽt aſſituate: vt dictũ ẽ. ⁊ q̃libet eſt cẽtrũ
ſui ꝓprij el'i. ſicut ſpera ignis: q̃ eſt centrũ
ignis. ſed ignis vt finẽ ſequat̃: q̃re eſt: hic
inferiꝰ deſcẽdit: vt el'ata cõplexiõis calide

poſſit gñare. ⁊ terra ad ignem aſcẽdit: vt
ſuã ſiccitatẽ ei dare poſſit ⁊ ꝙ poſſit acci-
pere in ſpa ignis īfluẽtiã ⁊ bñficiũ a luna
⁊ ceteris planetis. ⁊ qñ eſt ſupra appetitũ
hʒ deſcẽdẽdi hic īferiꝰ. queadmodũ mer-
cator: q̃ de domo ſua recedit: ⁊ ad terras
lõginquas ad lucrãdũ vadit. qñ eſt ī illis:
tũc deſideriũ hʒ: ꝙ in domũ ſuã eẽt reuer
ſus cũ multiplicatiõe ſuoꝝ denarioꝝ. Et ſic
ↄſeruatᷣ motus eoꝝ ꝑ quadrãgulũ circu-
lũ ⁊ triãgulũ ſupradictos. Que q̃dẽ ↄſer-
uatio eẽ nõ poſſet: ſi elemẽta ꝑ oẽs extremi
tates trũci elemẽtalis gñalis nõ trãſirẽt.

tomelius multiplicat homo ſuũ imagina
ri ad accipiendũ veras ſilr'itudines entiũ
realium naturalium ⁊ artificialium.

# De arbore hũanali.

ARbor humanalis ſilr'iter vt alie
diuiditur in ſeptem partes pri=
cipales.ſcilicet in radices/trun
cũ/brãchas /ramos/folia/flores/⁊ fruct⁹.

¶ Radices ſunt principia gñalia iſtius
artis.tamen ſunt duplicia.ſ.corporalia ⁊
ſpiritualia.inquantũ homo ex corpore et
anima eſt compoſitus.

¶ Truncus eſt genus humanũ ſiue ſpe=
cies humana. Et conſiſtit ex q̄nq; trũcis.
videlicet de quattuor antedictis/⁊ de iſto
qui pertinet ad animã rationalem.

¶ Branche ſunt membra humana/⁊ po
tentie anime . et ſic dicte branche ſunt ex
duabus naturis.ſ.de natura corporali/et
de natura ſpirituali.

¶ Rami ſunt proprietates dictorũ mẽ=
brorum ⁊c.

¶ Folia ſunt accidentia humana ⁊c.

¶ Flores ſunt actus naturales hoĩs ⁊c.

¶ Fructus ſunt homines indiuiduati.ſ.
petrus/iohannes/martinus ⁊c. Qui du=
pliciter dicuntur fructus:ſcilicet fructus
ratione exiſtentie/ et fructus ratione age
tie ⁊c.




❡ De arboꝛe humanali.

ARboꝛ hūanalis in ſe cōtinet quinq̧ nās q̄ ſunt q̄ttuoꝛ nature q̄ttuoꝛ arboꝝ: de qb⁹ dictū eſt. q̄ ad coꝛpus hūanū ꝑtinēt: q̄ ſunt ſue ꝑtes. Et q̄nta natura eſt de natura aīe rationalis cōiūcta cū coꝛpoꝛe humano: intātum ꝙ ex illa et ex coꝛpoꝛe ſequitur homo: q̄ petrus vocatur vel martinus. ⁊ ſic de aliis indiuiduis: que ſunt ſub ſpecie humana.

¶ Hec arbor diuiditur in ſeptez partes. videlicet in radices/truncum/branchas/ ramos/folia/flores/ꝛ fructus.

¶ De radicib⁹ arboris hūanalis.

Radices arboris hūanalis ſunt duplices.ſ.bōitas corporalis/ ꝛ bōitas ſpūalis. Et ex ambab⁹ bonitatib⁹ efficitur vna radix:q̄ ē bonitas ꝯpoſita ex ambab⁹. ꝛ fit cōpoſitio ĩquātū quelʒ alteri ſuā dat ſĩilitudinē.idem eſt de magnitudine duratione ꝑtāte.ꝛ ceteris radicib⁹.Et iō bonitas ſpūalis ſe inclinat ad magnitudinez bonitatis corꝑalis. Et bonitas corporalis ſe inclinat ꝛ exaltat ad magnitudinez bonitatis ſpūalis.ꝛ hoc naturaliter rōne maioritatis ꝛ minoritatis: q̄ ſe ponūt in magnitudine bonitatis. qm̄ maioritas ē pars bonitatis ſpūalis.q: eſt ꝑ primā intentionē ꝛ in nobiliori fine. ꝛ minoritas ſe ponit in magnitudine bonitatis corꝑalis:q̄ eſt ꝑ ſcdaʒ intētionē:q̄ eſt ꝓpt̄ ꝑmā.

¶ Bonitas corporalis venit ad ſpūalez cū q̄ttuor naturis arboꝝ: de q̄bus dictuʒ eſt.ꝛ bonitas ſpūalis ipas accipit in vno numero tertio:qḋ eſt corpus:ita ꝙ ex ipis q̄ttuor naturis efficitur vna bonitas corporis in vna bonitate naturali ꝛ ſubſtantiali aīe rōnalis.Et dr̄ia cōſeruat eēntiaʒ cuiuſlibet bonitatis.ꝛ ipam in ſuo nūero remanere facit. Et concordātia quālibet bonitatē cū alia bonitate cōcordat in vna bonitate hoīs. q̄ quidē bonitas in nūerū tertiū trāſit.Et idē de magnitudine:ꝛ ceteris radicibus arboris. Et iō cū hō tangit̄ vel ipe tangit ſm̄ bonitatē corꝑalē:rn̄det bonitas ſpūalis ad illū tactū ſm̄ bonitatē nature corꝑalis:inquātū eſt forma ꝛ cōplementū illi⁹. ſicut q̄ tangit militem regis: rex rn̄det ſicut vl'r: qḋ defendit ſuū ꝑticulare.Et ſicut cū bonitas aīe rōnalis tangit̄ ꝑ aliquā bonā aut malā tētationē ꝑtes q̄ ſunt inferi⁹: rn̄dēt. ſicut cū tangit̄ rex:rn̄dent milites. q̄ ipm defendūt ꝓpt̄ finez:quare eſt. Hec ordinatio ſtat ꝑ creationē.ꝛ ĩ aīa remanet:q̄ pura venit ad corpus:qm̄ cū ipſo intrat in cōpōnem ſiue in cōiũctiōeʒ.ſʒ q: corp⁹ ĩfectū eſt ꝑ pctm̄ originale: in ꝯriū rn̄det. qḋ q̄dē pctm̄ originale in cōmēto tabule gn̄alis ꝓbatū ē et adhuc ĩfra probabitur.Et ꝓpter hoc homines iuſti meritū hn̄t:qm̄ nām corpis cōſtrigūt cū nā aīe/ꝛ ipſum ſtare faciūt ad h̄ propter quod creatum eſt.

¶ De trunco arboris humanalis.

Trūc⁹ arboꝛ̄ hūanal' de q̄nq̧ trūcis ꝯſtitit.vʒ de q̄ttuor p̄mis trūcis/ꝛ de trūco: q̄ ꝑtinet ad aīaʒ rōnalē. q̄ q̄dē trūcus eſt rōnalis/ꝯſiſtit⁹ trūcis qui veniūt ad eū.Et trūci trāſeūt in vnū trūcū tertiū hoīs:ſicut ꝑtes ad ſuū vl'e.qḋ vocam⁹ ſubam humanā.qḋ nomē ei attribuimus:q: eſt cōmunior ꝑs ꝙ aliqua ceteraꝝ ꝑtiū arboris/ ꝛ q: ſtat ſub alijs ꝑtib⁹.

¶ In h̄ trūco hʒ q̄libet radicū officium ſuū/ꝛ q̄libet trūcoꝝ ſpecialiū ſil'r.ex quib⁹ eſt cōpoſit⁹.qui ſunt ſue ꝑtes groſſe:ꝛ radices ſunt ſue ꝑtes minute.Vn̄ cū ipſe tāgitur ab vna ꝑte groſſa:oēs ꝑtes illius reſpōdēt.q: ei⁹ partes adinuicē ſunt mixte cum ꝑtibus alioꝝ trūcoꝝ oib⁹ trūcis reſpōdentib⁹ ad tactū illi⁹ trūci tacti.Et iō differētia ꝯſeruat ĩ illo tactu ꝑtes reales. Et ꝯcordātia ipas concordat ꝛ ipſas appropĩquat ad illū tactū: ſic̄ ſi tāgat̄ ſuba hoīs cum nimis magno calore: rn̄det aīa ꝛ inſtinct⁹ nālis ad deſiderādū aquā vel frigiditatē.Et ꝓpter hoc aīa mouet corpus ad fontē.ꝛ imaginatiua imaginatur fontē ꝛ ei⁹ circūſtātias.ꝛ oculi vicos vidēt:ꝑ quos hō vadit.ꝛ appetitiua deſiderat:ꝙ hō bibat aquā frigidā ad multiplicādū frigiditatē corpis ꝛ ad mortificādū nimis magnū calorē vt digeſtiua habeat temperatas menſuras:que naturali calori conueniunt.

¶ De branchis arboris humanalis.

Brāche arboris hūanal' ſunt ex duab⁹ naturis.vʒ ex natura corporali ꝛ ex natura ſpirituali. ꝛ branche que ſunt de natura corporali exeūt de trūco:inquantum eſt de natura corporali. et branche que ſunt de nā ſpirituali exeunt de trūco hūanali. inquātū ē de nā ſpirituali.vn̄ primo de brāchis corꝑalib⁹ dicemus.deinde de ſpiritualibus.

¶ De brāchis corꝑalib⁹ arboꝛ̄ hūanal'.

BRanche corpales ex q̄ttuor naturis ꝯſiſtūt. hoc eſt de nā elāli vegetali ſenſuali ⁊ imaginali. ¶ De nā elāli. ſicut brachia ⁊ tibie: q̄ ſunt branche corpis ſignificati ꝑ dorſuꝫ hois: qđ ſignificat truncū elālē: q̄ eſt ps trūci hūanalis. ¶ Brāche q̄ ſunt de nā vegetali: ſunt appetitiua/ retētiua/ digeſtiua/ ⁊ expulſiua. Et branche q̄ ſunt ex nā ſenſuali: ſunt ſex ſenſus corpis. Et brāche q̄ ſunt ex natura imaginali: ſunt. xiiij. videlicet. iiij. q̄ ſunt ſiltudines brācharū arboris elālis. et. iiij. q̄ ſunt ſiltudines brācharū arboris vegetalis. ⁊. vj. q̄ ſunt ſiltudines brācharū arboris ſenſualis. Et oēs iſte branche ſunt branche arboris hūanalis ſubalis. de q̄bus dictū eſt. Et quelꝫ brācha ſuā ꝓpriā nām hꝫ ſm ſuas cōditiōes. q̄s diximus in arboribus ante hanc arborē poſitis. Unde qui voluerit inueſtigare ſecreta et naturas brāchaꝝ corporaliū: q̄ ſunt. vt hō ſit ex ipſis ꝯſtitutus: illas inq̄rat in hoīe: ſm ꝙ poſite ſunt in arborib⁹ precedētibus. Et hec inq̄ſitio multū eſt vtilis. ⁊ eſt diſpoſita in tractatu: quē fecim⁹ de arboribus/ ⁊ quē de iſta arbore facere ꝓponimus. Et q̄ breuiter loqui proponim⁹: brāchas nolum⁹ recapitulare corpales i hac arbore. q̄ ſufficit ꝙ in ſuis ꝓpriis arboribus dedimus cognitionem.

¶ De branchis ſpiritualibus arboris humanalis.

BRanche arboris hūanalis ſpirituales ſunt tres. vꝫ memoria/ intellectus/ ⁊ voluntas. que ſunt tres potētie: q̄ ſunt de eēntia anime rōnalis. ſicut q̄ttuor brāche: que ſunt de eēn⁺ trunci elemētalis. ⁊ ſicut truncus: q̄ eſt de ſuis radicib⁹. Unde prio dicem⁹ de mēoria. et poſtmodū de intellectu, et voluntate.

¶ De memoria que eſt brancha ſpiritualis arboris humanalis.

MEmoria eſt brācha arboris humanalis: et eſt de bonitate/ magnitudine/ duratiōe/ poteſtate/ ſapiētia/ volūtate/ virtute/ ꝟitate/ gloria/ differentia/ cōcordātia/ ꝑncipio/ medio/ ⁊ fine/ maioritate/ equalitate/ ⁊ minoritate. Et ipa eſt poſita in nūero tertio. qm̄ ſicut homo eſt ex aīa ⁊ corpore/ ⁊ in numerū tertiū tranſit intātū: ꝙ nō eſt aīa nec corp⁹: ſic memoria nō eſt bonitas nec alia pricipia. licet ſit ex ipis: q̄bus ꝑncipiis vtit ſm illoꝝ naturā. ¶ Memoria ꝑ bonitatē eſt bona. cū ita ſit: ꝙ bonitas vna ſit de ſuis partib⁹. et ideo facit opationes bonas. q̄ ſunt res trāſactas recolere. ꝑ quod recolere hō hꝫ habitū ſcientie. qui bonus eſt. et eius priuatio eēt mala. ¶ Memoria magna eſt ꝑ magnitudinē. ⁊ eius magnitudo bona eſt ꝑ bonitatē. ⁊ propter hoc bonas facit operationes ⁊ magnas. q̄ magnum quid eſt recolere res preteritas ⁊ ſenſibus abſentes. ¶ Quia memoria eſt de duratione. ideo naturā hꝫ: ꝙ durare faciat: q̄ preterita ſunt. ſicut recolere ea: que hoies antiqui fecerūt. quoꝝ opationes ꝑ memoriā durāt. q̄ ipas recolit. ¶ Memoria eſt de ꝑtāte. cui⁹ rōne pōt eſſe h̄ qđ eſt: ⁊ recolere res trāſactas. ⁊ pōt eē de bonitate magnitudine ſapientia. ¶ Q̄ mēoria cū ſapientia participat/ ⁊ cum volūtate: q̄ ſunt cetere branche: hꝫ ꝑ ſapiētiā inſtinctū naturalem ad recolendū: ⁊ hꝫ ꝑ volūtatē appetitū naturalē ad recolēduꝫ. ⁊ iō mouet inſtinctus ⁊ appetit⁹ naturales aliaꝝ brāchaꝝ. ex quib⁹ eſt corp⁹ hoīs. Sicut hō q̄ recolit aliqđ placitū carnale. ꝑ quod recolere ſe mouet elementatiua ad calefaciendum/ ⁊ vegetatiua ad vegetandū/ ⁊ ſenſitiua ad ſentiendū/ ⁊ imaginatiua ad imaginandū: vt illud placitum in actu venire poſſit. Et idē eſt ſi homo recolat aliqđ diſplicitū: qđ ab aliquo homine receperat. qm̄ tunc ſe mouet ad irā ꝑ inſtinctū naturalem ⁊ appetitū memorie. ⁊ alias branchas mouet: cū q̄b⁹ participat: cū inſtinctibus nālib⁹ ⁊ appetitib⁹ ſm eoꝝ conditiones. vt poſſit fieri vindicta. ⁊ ideo iraſcuntur ſepius hoīes. Et ſi ſunt patiētes: virtuoſi efficiunt / ⁊ meritū cōſequuntur. ¶ Q̄ memoria eſt de virtute: facit opera virtuoſa. qm̄ virtus eſt res tranſactas recolere ſm earū cōditiōes ⁊ nās. ¶ Mēoria eſt de veritate: idcirco recolit vera. Et cū vera recolere nō pōt: ꝯriat ei ꝯrietas. q̄ eſt inter branchas elātiue vegetatiue ſenſitiue ⁊ imagiatiue. cū q̄b⁹ ipa mēoria ꝑticipat. Et iō ſepi⁹ credit ꝟa recolere: ⁊ re

colit in ↄtrariū. ¶ Memoria ē de gl'ia. vȝ de delectatione. idcirco nām hȝ in hñdo delectationē ⁊ placitū. ſicut ignis q̄ delectaꝛ in calefaciēdo/ ⁊ vegetatiua in vegetando/ ⁊ ſenſitiua in ſentiēdo/ ⁊ imaginatiua i imaginādo. ¶ Mēoria eſt de ɔ̄ria intellectuali. rōne cuiꝰ in ſe hȝ ↄcreta ɔ̄ria que ſunt de ſua eēntia. vȝ memoratiuum mēorabile ⁊ mēorari. ⁊ qꝛ ipā eſt de ptāte: pōt ipā hr̄e. Et bonū ē: ꝙ ipā hēat: qꝛ ipā eſt de bonitate. Et magnū eſt ei: ꝙ ipā habeat in ſeipā/ ⁊ ꝙ ſint de ſua eēntia. Et ꝓpter hoc res recolit differētes. ⁊ ipās recolere pt. et ei bonū eſt ipās recolere. Et pl'a ſunt: quibꝰ eſt bonū ꝙ recolanꝛ. ſicut amatus qui placitū habet: cū ab amico recolitur. quia bonum eſt recolere. ¶ Memoria eſt de ↄcordantia intellectuali. ⁊ ideo branchas concordat: cum quibus participat ad recolendum ea que recolere deſiderat. Que quidem branche ipām iuuāt in hoc ꝙ ſunt de ↄcordātia ſicut ⁊ ipā. Et cōtrarietati cōtrarianꝛ: q̄ concordātie recolendi cōtrarianꝛ. Unde fit ꝙ memoria ſe iuuat/ ⁊ cū branchis cum quibus participat: eſt concordās: ē diſpoſita ad recolendum. ¶ Memoria eſt de principio. idcirco principiū eſt ad recolibilia recolēdum. ſicut oculi qui principia ſunt ad videndū viſibilia. Et quia memoria eſt de p̄ncipio cum recolere p̄ncipiat ſiue incipit illud in ſuo ꝓprio memorabili ſibi eēntiali p̄ncipiat. ⁊ in ipō aſſumit memorabilitates. q̄ ſunt extra. q̄ nō ſunt de ſua eēntia. ⁊ ſunt memorabiles ſiue recolibiles. quia cū illa participāt ī corpe: cū quo eſt ↄiuncta. Et per ſilr̄itudines illarū brancharꝫ cū qbꝰ eſt coniuncta: ſilr̄itudines aliorū entiū q̄ non ſunt cū ipſa ↄiuncta: attingit. ſicut mater que ſuū filiū recolit/ ⁊ miles ſuū equū. q̄ ſiquidē filius ⁊ equus recolibiles ſunt: īquā tū eꝛ̄ati ſunt ⁊ vegetati ⁊ ſenſati. per quos participāt gr̄ia ⁊ ſpēs cū cōiuncto memorie. q̄ in ſilr̄itudinibꝰ illius conſiicti īcipit accipere ſilr̄itudines ceteroꝝ entiū ei ſimilium. ¶ Memoria ē de medio. idcirco in ſe habet eſſentiale memorari. quod eſt in medio memorantis ⁊ memorabilis. Et eſt in medio intellectus ⁊ voluntatis. vt temperate accipere poſſit ſpecies: quas ei cōmendant/ et eis eas reſtituere: quando petant: et in ipſa illas querant. Et etiam qꝛ memoria eſt de medio: naturaȝ habet memorandi cum medio. videlicet cuȝ memorari fantaſtico. que eſt ſpecies multiplicata et inſtrumentū ad recolendum ens memoratū. ¶ Memoria eſt de fine. videlicet de cauſa finali. ⁊ ideo quietē habet in memorando memorabilia: quorum ratione creata eſt memoria. videlicet ad memorādum deum eiuſq; operationes proprietates ⁊ dignitates. Et ē retro in occipite hominis: quia eſt inſtrumentū ad memorādum ea: que tranſacta ſunt et terminos illoꝝ ⁊ ſpecies quas intellectꝰ ⁊ volūtas in ipſa theſaurizauerūt/ ⁊ lucrati in ipā fuerunt. vt faciāt habitū ſciētie charitatis. ⁊ ceterarū virtutū. ¶ Memoria eſt de maioritate: vt ſit pars ſubſtantialis aīe. qꝛ ſi eſſet accidētaliter: diſpoſita non eſſet ad memorandum magna/ nec hr̄e poſſet magnum recolere. cum ita ſit: ꝙ magnitudo maiorem habet concordantiā cū ſuba q̄ cum accidēte. ⁊ bonitas ſilr̄. ⁊ idem eſt de voluntate v̄tute veritate ⁊ gloria duratione ptāte ɔ̄ria concordantia p̄ncipio medio et fine. ¶ Memoria eſt de qualitate. et ideo eſt de equalibus partibꝰ. vȝ de memoratiuo memorabili ⁊ memorari. q̄ partes eēntiales ſunt illius/ ⁊ in quibus ſuſtētatur. Et quia eſt de bonitate: eſt ſua equalitas bona. ⁊ quia eſt de magnitudine: eſt magna: ⁊ quia eſt de duratione: durat. et quia eſt de poteſtate: poteſt eſſe. et ſic de ceteris formis. ¶ Memoria eſt de minoritate. quia de nihilo creata eſt / et quia in ſe quaſdam minores habet partes q̄ alie. ſicut ſunt accidētia: que non ſunt ita magna ſicut partes ſubſtantiales. q̄ ſunt bonitas magnitudo ⁊c̄. quarum ratione memoria eſt pars ſubſtantialis aīe rōnalis. Et ptes minores eſſe nō pn̄t de memoria: ſi memoria de minoritate non eſſet. ¶ Memoria non eſt de contrarietate. ꝙ ſi de ↄtrarietate eſſet: corruptibilis eſſet. ſed eſt ↄtrarietati ſubiecta: inquātū branche aliarū arborū cū qbꝰ ꝑticipat ſunt de contrarietate. Quapropter homo plura facit ↄtra memoriā in mouēdo ptes ſuas contra ipāȝ. ſicut homo: q̄ ↄtra ſuas ptes

facit in ſcindendo ſuam manum/aut qñ nimis laboꝛat.aut quia comedere nõ vult cum habet famẽ. ⁊ ſic de ceteris rebus ſi=milibus illis. ❡ Dictũ eſt de memoꝛia et de ſuis partib⁹. ⁊ per ea q̃ de ipſis dixim⁹ poteſt haberi cognitio de memoꝛia et de ſua quiditate.qꝛ cognoſcendo partes co=gnoſcitur totũ. Unde ſicut coꝛpus ſenſa=tum reſpõdet: cũ ab aliqua ſuarũ bꝛãchia rum/vl' ab aliqua ſuarũ foꝛmarũ tangit. ſic memoꝛia reſpõdet:cũ ab aliq̃ ſuaꝝ foꝛ marũ tangit vel partiũ. ſicut ſi tangatur cũ malitia cõtra ſuaꝫ bonitatẽ: cũ magni tudine ſue bonitatis:reſpondet ꝯtra ma=litiam.Et ſi cum bonitate tangatur:cum magnitudine ſue bonitatis: reſpõdet re=colẽdo res bonas. ⁊ ſic de alijs tactibus: per quos tangi poteſt. quia totidẽ modis reſpondere poteſt:ſicut ſunt partes ſue/⁊ etiam in plus accidentaliter.inquantum eſt de concoꝛdantia. per quã reſpondere poteſt ꝯtra cõtrarietatẽ. ⁊ inquãtũ eſt de veritate:reſpondere poteſt ꝯtra falſitatẽ. ⁊ ſic de ceteris. ❡ Iſte tractat⁹ de memo=ria multũ eſt vtilis ad ſciendum/ ⁊ ad ha=bendum habitũ ſciẽtie. et etiam ad habẽ dum modum ad memoꝛãdum res tranſ=actas.quia data eſt doctrina : quomodo hõ ſciat ſuã memoꝛiã mouere ad recolen dum obiecta affectata. ꝙ memoꝛent.que ſimilitudinẽ habẽt ſuarũ partium.ſ.ex q̃=bus eſt memoꝛia.⁊ ſm hoc qđ dixímus in bꝛanchis ceterarũ arboꝛũ:data eſt doctri na ad applicanduꝫ ſimilitudines illaruꝫ bꝛancharũ. vt recolentur ſm earũ condi=tiones/ ⁊ cõditiones partiũ memoꝛie. Et iſte tractatus queꝫ dedimus de memoꝛia: diſpoſit⁹ eſt:ꝙ ponatur ĩ arte memoꝛati=ua:q̃ fieri põt ſm ꝙ iſte tracta⁹ ſignificat.

❡ De intellectu q̃ eſt bꝛancha ſpiri=tualis arboꝛis humanalis.

SEcundũ ꝙ dictũ eſt: ꝙ memoꝛia eſt de bonitate magnitudine⁊ ce teris pꝛincipijs:ita dicimus:ꝙ ĩ=tellectus ex ipſis conſiſtit. et in tertiũ nu=merum tranſit ſicut memoꝛia. Unde q̃ de intellectu tractare voluerit / ⁊ nãs eiuſcꝫ ſecreta inquirere:tractet ipa ſm ꝙ de me moꝛia tractatum eſt cum ſuis pꝛincipijs. ❡ Ad dandum melius cognitionẽ de in=tellectu ⁊ de eius naturis ⁊ cõditionibus applicare volumus centum foꝛmas pꝛima=rias:quas diximus in arboꝛe elementali ad intellectum.⁊ ipſum cum ipſis inqui=rere.Et pꝛimo cum vnitate ⁊ pluralitate. ❡ Eſt intellectus vnus per vnitatẽ: ſicut bonus eſt per bonitatem/⁊ magnus per magnitudinem. Et plura habet in ſe per pluralitatem.vꝫ intellectiuum intelligibi le ⁊ intelligere.Et ideo inquãtum eſt vn⁹ habet naturam conſiderandi vnũ vt vnũ. Et qꝛ eſt de pluribus rebus:naturã habet cõſiderandi plura vt plura.❡ Intellect⁹ eſt de pꝛincipijs ſimplicib⁹.vꝫ de bonita te ſimplici ⁊ magnitudie ⁊c̃.⁊ iõ hꝫ natu=ram:ꝙ ſit pars ſimplex ſube ⁊ in numero ſimplici induiduato.rõne cuius ſimplici tatis entia ſimplicia attigit.⁊ qꝛ ẽ de plu=ribus pꝛincipijs compoſit⁹:in hoc quod trãſit de pluribus pꝛincipijs in tertio nu=mero:ſicut hõ:q̃ cõpoſit⁹ eſt ex aĩa ⁊ coꝛ=poꝛe/⁊ trãſit in tertiũ numerũ:hoc eſt i eẽ humanũ ꝑ naturaꝫ cõpoſitionis attingit entia:que ex pluribus ſimplicib⁹ pꝛincipijs ſunt cõpoſita.❡ Per foꝛmam bonitatis habet intellectus nãm foꝛmalem:q̃ bona eſt/⁊ idem eſt de magnitudine: idcirco in ſe habet intellectiuum: quod eſt foꝛma cõ poſita ex bonificatiuo ⁊ magnificatiuo. Et qꝛ eſt de bonitate mãlr:inquãtũ eſt bo nificabilis/⁊ eſt de magnitudine:quia eſt magnificabilis:naturam habet materia lem:que eſt intelligibilitas.Et intelligere hꝫ per bonificare magnificare ⁊c̃. ❡ In tellectus eſt de bonitate generali in hoc: quia eſt de vna bonitate:ex qua eſt memo ria ⁊ voluntas.⁊ idẽ eſt de magnitudine generali.⁊ ideo naturam habet conſide=randi entia generalia. Et quia bonitas ſua eſt et ſpecialis ⁊ pꝛopꝛia/⁊ a bonitate ſpeciali memoꝛie ⁊ voluntatis diſtincta: habet naturam conſiderãdi ſpecialia.Et per hanc naturam conſiderat logicus ge nera ⁊ ſpecies entiũ naturaliũ.❡ Intel=lectus habet intra ſeipſum naturã.q̃ eſt ꝑs ſue eſſentie.ſicut pꝛopꝛia intelligibili=tas.⁊ extra ſuam eſſentiam aliam habet intelligibilitatem.que nõ eſt de ſua eſſen tia.ſicut intelligibilitas pomi leonis ⁊ ca loꝛis ignis:⁊ ideo trãſit ad cõſiderandu3

naturas extra cũ naturis: q̃ ſunt intra. q̃
cõcoꝛdãtiã hñt ĩ gñe ꝛ ſpẽ cũ illis q̃ ſunt
extra. ¶ Intellect⁹ ẽ de bonitate: q̃ ẽ foꝛ-
ma abſtracta. ꝛ eſt de ꝯcretis: q̃ habẽt in-
tra foꝛmã. h̄ eſt bonificatiuũ bonificabile
ꝛ bonificare. ꝛ ideo nãm habet ad ꝯſide-
randũ foꝛmas: q̃ ſunt ĩ abſtracto/ ꝛ ad in-
clinandũ ſe ſuis ꝯcretis/ illa intelligẽdo.
ꝛ iõ accipit habit⁹ ſciẽtiaꝝ. ¶ Intellect⁹
nõ eſt de gñatione. ꝙ ſi eſſet: opoꝛteret ꝙ
eſſet ſm curſum nãlẽ de coꝛruptiõe p̄ quã
nãm priuatiõis hẽret. Sȝ q2 coniunctus
eſt cũ ſubſtantia coꝛpali: que eſt ex arboꝛe
elẽali vegetali ꝛ ſenſuali ꝛ imaginali gene
rata: attingit cõſideratiões gñatiõis coꝛ-
ruptionis ꝛ priuatiõis. ꝛ hȝ paſſionẽ per
coꝛruptionẽ ꝛ priuationẽ conflicti: inquã
tũ ſuas pfectiones ꝯplere non põt/ nec ab
ipſis imꝑfectiones remouere. q̃ ſua oꝛga-
na ꝛ inſtr̃a impediũt ad intelligendũ in-
telligibilia. ¶ Intellect⁹ participat cum
entibus: que ſunt de ſubtili ꝛ groſſa mate
ria. ſicut coꝛpus ei coniunctum. quod per
ignẽ eſt de ſubtili materia/ ꝛ p̄ terrã eſt de
groſſa. Et etiã p̄ vegetatiuã nãm hȝ ma-
gis ſubtilẽ. ꝛ per ſenſitiuã magis ſubtilẽ.
ꝛ per imaginatiuã magis ſubtilẽ. idcirco
intellectus accñtaliter nãm hȝ ſubtilẽ ad
intelligendũ res intelligibiles. Et cũ ẽ de
groſſo ingenio: hoc eſt rõe oꝛganoꝝ et in-
ſtrumẽtoꝝ. q̃ ingroſſata ſunt per groſſam
mãȝ. ſicut hoĩes flegmatici. q̃ nãlr ita ſub
tile ingeniũ nõ hñt ſicut colerici. melãco-
lici tñ ſunt de ſubtili ingenio. lȝ ſint de cõ
plexione ſiccã ꝛ frigida. et h̄ eſt per accñs.
vȝ rõne memoꝛie. q̃ maioꝛẽ hȝ cõcoꝛdãtiã
cũ illa cõplexione ꝙ̃ cũ ceteris. q2 eius nã
eſt ſpecies retinere rõe ꝯſtrictionis. a que
etiã de nã ſui eſt: ꝙ ſit ampla rõne vacui-
tatis terre. quã habet terra. vt ex ipſa exi-
re ꝛ naſci poſſint ꝛ nutriri plures ſubſtan
tie. ¶ Intellectus naturã nõ habet: ꝙ ſit
leuis nec ponderoſus. ſed q2 participat cũ
leuibus ꝛ ponderoſis: accidẽtaliter intel-
ligit leuius ĩ vno tẽpoꝛe ꝙ̃ ĩ alio. ſicut hõ
ieiunus: in quo intellectus melius diſpo-
ſitus eſt ad intelligendum ꝙ̃ in homine
nõ ieiuno. in quo cibaria ſunt indigeſta.
¶ Plenitudo intellectus eſt ſuum intel-
lectiuum intelligibile et ſuum intelligere.
et quando ſe habet ad finem: quare eſt. Et
ſua vacuitas eſt: qñ ſe non habet ad finẽ:
quare creatus eſt/ ꝛ quãdo eſt cõtra finem
ſuoꝝ principioꝝ. vȝ cõtra finẽ bonitatis
ſue ꝛ magnitudinis ſue ꝛc̃. Et hoc eſt tũc:
cũ ſepius ꝛ cũ maioꝛi deliberatiõe nãs ce-
terarũ arboꝝ conſiderat ꝙ̃ naturã arbo-
ris intellectualis. de q̃ eſt vna pars ꝛ vna
brancha. ¶ Intellectus eſt ex parte. vicȝ
ex bonitate magnitudine: ꝛ ceteris prin-
cipijs. Et ideo eſt tot⁹ ipſemet. quia omne
ens quod fit de partibus: oȝ ꝙ totũ ſit ad
illas partes: quapꝛopter inquãtũ totuȝ ẽ
nãm hȝ ad intelligẽdũ totalitates entiũ.
Et quia de partib⁹ eſt: naturam hȝ ad in-
telligẽdũ res partiales. ¶ Intellect⁹ par
ticipat cũ entib⁹ intenſis/ ꝛ cũ entib⁹ ex-
tenſis. vȝ cũ intẽſo caloꝛe coꝛpoꝛis cũ quo
coniunctus eſt. et cũ intenſa bonitate ſu-
ſtentata in ſuis intenſis concretis. Idcir
co nãm habet intenſam ad cõſiderandũ
intenſitates rerũ. Et q2 participat cũ en-
tibus extenſis: naturã hȝ ad conſideran-
dum extenſitatẽ pluriũ coloꝛũ ſub vno co
loꝛe. de quo coloratũ eſt coꝛpus cũ intelle-
ctu coniunctum. Et quia participat cum
extenſa bonitate et extenſa magnitudine
duratione poteſtate ꝛc̃. hȝ naturã ad cõ-
ſiderandũ in entib⁹ extenſis q̃dã in alijs.
¶ Intellectus ſtat in ſtatione ꝛ motu ac
cidẽtaliter. q2 cũ entib⁹ q̃ ſunt in loco: ꝑti
cipat. ſicut cũ coꝛpe: cũ q̃ ẽ cõiunct⁹. qꝺ ſic
dẽ coꝛp⁹ ſtat in loco/ ꝛ ẽ mobile de vno lo-
co in aliuim. Idcirco intellect⁹ accñtaliter
ſtat in loco p̄ coꝛpus/ ꝛ per coꝛpoꝛis mo-
tum eſt mot⁹ de vno loco in aliũ. qm̃ p̄ coꝛ
poꝛis motum mouetur. ꝛ ideo mouendo
coꝛpus ſeipſum mouet. Et ſicut eſt mobi-
lis per coꝛpus localiter tranſit per medi-
um accidentaliter mediante coꝛpoꝛe. cuȝ
ita ſit: ꝙ coꝛpus de vno loco in aliuȝ trãſ-
ire non poſſit: niſi tranſeat per medium.
Et in hoc paſſu haberi poteſt cognitio ꝙ
intellectus per coꝛpus in vno loco exiſtẽs
ſm ſuam naturã nõ tranſit per medium
ad intelligenduȝ obiecta: que ſunt extra:
ꝛ ita cito intelligit illa: que ſunt a longe:
ſicut illa que ſunt ꝓpe. Et ideo eſt ſignifi-
catum: ꝙ cũ a coꝛpoꝛe ſit ſeparatus: ita ci
to eſt in locis remotis ſicut ĩ locis ꝓpĩqs.

⁊ ad illa loca mouet: q̃uis ꝑ mediũ non
trãſeat ſm ſuã ꝓpriã nãm. cũ nõ ſit cor=
pus. de cuius nã eſt per mediũ ſe mouere.
¶ Durũ molle amplũ nec ꝓfunduꝫ non
ſunt ptes intellect⁹. q: forme ſunt: q̃ ſpe=
ctãt ad ſub. in corpalẽ. ſꝫ q: intellect⁹ cõ=
iũctus eſt cũ corpe illis formis ſubiecto:
accñtaliter i illis ptib⁹ ꝯſiſtit. ⁊ ꝑ partici
patiõem quã hꝫ cũ ipſis: eaꝝ ſiltudines
in ſubiecti extra ſuſtẽtatas attigit. ¶ In
intellectu cõſiſtit potẽtia obiectũ ⁊ actus
ꝓprie ⁊ appropriate. ꝓpe ſicut ſuũ ꝓpriũ
intellectiuũ itelligibile ⁊ itelligere. appro
priate: ſicẽ potẽtia viſiua. q̃ cũ intellectu ꝑ
ticipat / ⁊ obiectũ qḋ eſt viſibile ſiltr. ⁊ ideꝫ
eſt de videre. Et iḋ itelligit intelligibilita
tes entiũ viſibiliũ viſitiuoꝝ / ⁊ entiũ: que
ſunt videre: vt ita loquar q̃ in ſuo appro=
priato intelligibili attigit qḋ nõ ẽ de ſua
eſſentia. ſicut eſt intelligibilitas coloris
aut viſus viſitiui leonis pomi vel imagĩa
tionis. Et has intelligibilitates que ſunt
extra: denudat ab intelligibilitate fanta=
ſtica ex intelligibilitatib⁹ realib⁹ abſtra=
cta. ⁊ ſuã ꝓpriã intelligibilitatẽ ex ipſa
induit ⁊ ſuũ intelligere. ⁊ ſic intellect⁹ in
dutus eſt de habitu ſcie. ¶ In intellectu
eſt primũ pncipiũ. ⁊ ꝑ iſtud primũ entia
añcedẽtia attingit: ſicut ſunt maxie: q̃ an
tecedẽtia ſunt ad ꝯcluſiones. Et attingit
res ſecũdarias. q: eſt de medio. idcirco at
tingit maximã minorẽ. q̃ ꝯſequẽs eſt ad
maximã maiorẽ. Et attingit tertiũ nũerũ
ſube indiuiduate ex plurib⁹ ptib⁹ multi=
plicate ⁊ in tertio nũero poſite. ⁊ hoc fa=
cit: q: eſt de fine. q̃ eſt vnũ de ſuis pncipijs
ꝑ quẽ ẽ poſit⁹ in tertio nũero / ⁊ de ſuis pti
bus ꝯſtitut⁹. in quo ſiqdẽ nũero ẽ vna brã
cha hui⁹ arboris. ¶ In intellectu nõ eſt
nã cremẽti ſiue augmẽtationis nec dimi
nutionis: inquãtũ eſt ps ſpũalis ſube. Sꝫ
accñtaliter creſcit vel diminuitur in habi
tibus: quos accipit ſm bonitatẽ acqſitaꝫ
vel magnitudinẽ / virtutem / veritatẽ / vel
ſapiam. Et hoc facit rõne ptiũ: cum qui=
bus participat. quarum ratione habitus
quos accipit: creſcunt vel diminuuntur in
cremento ſiue in augmentatione vel dimi
nutione ipſarum. ¶ Diſpoſitio proprie=
tas ⁊ proportio ſunt forme: que ſunt i in=
tellectu. Per diſpoſitionem diſpoſit⁹ eſt
ad intelligẽdũ ſm diſpoſitionẽ ſui ipſius
et diſpoſitionem ſuarũ ptiũ cũ quib⁹ par
ticipat in ꝯiũcto. Et hꝫ ꝓprietatem in ſe
ad intelligẽdum. ⁊ habet propriũ intel
lectiuũ ⁊ intelligibile. ⁊ q: habet ꝓpriũ eẽ
ſunt ſuo eſſe appropriate partes proprie.
quẽadmodũ bonitas exiſtens ꝓprie ſub
ſpẽ intellect⁹. ⁊ idẽ ẽ de magnitudine et
alijs ptibus ex qb⁹ eſt ꝯſtitutus. Que ſiq̃
dem ptes in illo ꝓportionalr conſiſtunt.
⁊ ideo ꝓportionalr reſpondet ꝓportiõi
ptiũ: cum quibus eſt in cõiũcto. ¶ Con=
ditio / intentio / ordo / ⁊ operatio ſunt for=
me q̃ ſunt in intellectu: cum quib⁹ reſpon
det ptibus: cũ qb⁹ ẽ in ꝯiuncto. q: ſm ſuã
intentionẽ intẽtioni corpis reſpondet. et
iḋ corp⁹ ꝯditionat / ⁊ ordiat: vt opationẽ
hẽre poſſit ad ſequẽdũ finẽ ſue intẽtionem:
q̃re eſt. q̃ eſt deũ ⁊ res veras cognoſcere.
¶ Influẽtia ⁊ refluẽtia ſunt forme: que
ſunt in intellectu. ſub quaꝝ ratiõe influit
⁊ refluit ſuũ intelligere ⁊ ſuã virtutẽ / po=
teſtatẽ ⁊ magnitudinẽ / ⁊ ſuã bonitatẽ cor
pori ⁊ eius ptib⁹: cũ qbus eſt cõiunctus / ⁊
qbus influit vitã ſuſtentatiõeꝫ ⁊ informa
tionẽ. Et id qḋ ei dant: eiſdẽ refluit vt deũ
intelligere poſſit / ⁊ entia ſiltia in genere
⁊ ſpecie ſuis ptib⁹: cũ quib⁹ eſt coniunct⁹.
quapropter ſuũ intelligere de plurib⁹ re=
bus diuerſis in generib⁹ ⁊ ſpecieb⁹ ꝯſiſtit.
Et cũ ceſſat influẽtia ⁊ refluẽtia: deuenit
hõ in puationeꝫ ⁊ mortẽ / vel in priuatio=
nem intelligendi. ¶ Productio ortus et
exitus ſunt forme: ꝑ quas intellectus ſuũ
intelligere ꝓducit. quod naſcit ex intelli
gibili / ⁊ exit i intellectiuitate. ſicut homo
q̃ intelligit ſemetipſum hoieꝫ eſſe / aut aliã
rẽ intelligit. Idcirco intellectiuũ nãꝫ ha
bet ꝓducendi ſiltudinẽ rei intellecte. vt
per illã ſiltudinẽ cũ illa poſſit pticipare.
Que ſiquidem ſimilitudo nãm hꝫ exeun=
di ⁊ naſcẽdi in ſuã ſpẽm. q̃ eſt opus intel=
lectiui ⁊ itelligibilis. quoꝝ realitas ſigni
ficat in eoꝝ opere qḋ eſt intelligere. Et in
hoc paſſu eſt ſignificatum: ꝙ ſpecies fan=
taſtica quam intellectus multiplicat: na=
ſcitur de intelligibilitate. ⁊ ſtat ⁊ naſcitur
in intellectiuitate. ⁊ ideo ſimilitudo eſt
amborum. ¶ Separabilitas ⁊ inſepa=

rabilitas ſunt forme:que cōſiſtunt in in-
tellectu.ſicut intelligere reale:quod ē de
eſſentia intellect⁹ qđ nūꝗ̄ ſuū ꝓpriū ſubie
ctū dimittit.qđ ſi illđ dimitteret:nō eēnt
nālia nec ſubalia intellectiuitas ⁊ intelli
gibilitas in ītellectu.imo eēnt in ipſo for
me accñtales.que de ſua eſſentia nō eēnt.
Et intelligere qđ nō ſeparat̄ ab ītellectu:
aliud eſt ab intelligere:qđ ē ſpēs fantaſti
ca multiplicata ex ſilitudine realis intel-
ligere.qđ ſuū ꝓprium ſubm nō dimittit.
Quod ſiqđē intelligere h₃ nām:ꝙ eius ſi
militudo appareat in illa ſpē.quā intelle
ctus multiplicat ex ipſo ⁊ ex intelligibili
⁊ ex ſeipſo.ſ.intellectu.Et hec ſpēs fanta-
ſtica vadit ⁊ venit.⁊ eius particularia re-
nouant̄/⁊ in priuationē deueniūt.ita ꝙ
vnū intelligere nō eſt aliud.ſicut qui face
ret vnū clauū:⁊ poſtmodū deſtrueret illū:
⁊ ꝙ iterū ex eodē ferro clauum faceret.fi-
gura primi claui nō eſſet figura vltimi.ꝗ̄-
uis amboꝝ materia ſemper eadē ī nume-
ro remaneret. Et hoc ſignificatum eſt in
magnitudine ⁊ paruitate ipſius intellige
re.quoniā in vno tempore habet homo
magnū intelligere ⁊ in alio paruu₃.idcir
co op₃ ꝙ numerus amborum ſit in quāti
tate diſtinctus.¶ Sicut in pomo cōſiſtit
viſibilitas inquantu₃ ē viſibile/⁊ tangibi
litas ſimiliter inquātum eſt tangibile/et
etiam odorabilitas inquātū eſt odorabi-
le:ita in ītellectu ē ſimilitudo:inquātū eſt
intelligibilis.ſine q̄ ſimilitudie nō poſſet
eē intelligibilis.cū ita ſit ꝙ intellectiuum
ſe hr̄e nō poſſet ſupra intelligibile ſine me
dio.qđ ē ſimilitudo:cū qua ītelligit intel-
ligibile.Et ſicut in ipſo ſtat ſimilitudo in
telligibilitatꝭ:cū ītelligit: ita ſtat ī ipō diſ
ſimilitudo ītelligibilitatꝭ: cū ignorat ens
qđ nō ītelligit.q̄ ſiqđē ignorātia ē diſſimi
litudo ītelligēdi.ſicut vmbra q̄ ē diſſimili
tudo luminis.¶ In intellectu ſtat natu-
ra.ꝑ quā nām habet intelligēdi/⁊ ex qua
nā naſcitur ſilitudo:q̄ eſt intelligere. Vñ
ſicut ītellectus bonus eſt per bonitatem/
et magnus per magnitudinem/et ignus
eſt calidus per calorem:ſic intellectus per
naturam ſui intelligere poteſt intelligere.
que ſiquidem natura eſt ei propria. ſicut
natura calefaciendi:que eſt propria igni.

Idem eſt de natura videndi:que ſpectat
ad oculos.¶ Intellect⁹ participat cū cor
poralitate.ratione cuius ceteras corpora
litates attingit:cum quibus non eſt con-
iunctus.ſicut guſtus in guſtando modicū
de aqua maris:totam aliam parte₃ aque
maris ſalſam iudicat:quam non guſtat.
Et in hoc paſſu eſt ſignificatum quomo-
do cum vna parte cum eo coniūcta attin-
git totu₃. ſicut guſtus in guſtando q̄ cum
vna parte que eſt guſtabilis:qua₃ guſtat:
ceteras partes iudicat eē guſtabiles. que
diſpoſite ſunt:ꝙ guſtentur in illa qualita
te:in q̄ illa ps guſtat̄: quā guſt⁹ attingit.
Sicut faber q̄ vnā eādē mām ferri trāſ-
mutat de vna figura ī aliā:vtpote de cultel
lo facit clauū:ſic intellect⁹ vnā eādē mām
intelligendi de vno intelligere ad aliud
tranſmutat:ſicut in pomo ⁊ equo. in qb⁹
eſt intelligibilitas :inquantum diſpoſita
ſunt ꝙ intelligantur.Et intellectus vnu₃
habet ītelligere:cū pomū intelligit ⁊ aliđ
cū intelligit equū.Idcirco ſtat tranſmu-
tatio vnius intelligere in aliud.q̄ ſiquidē
tranſmutatio fit propter diuerſitatem ob
iectorum intelligibiliū.Et intelligere ſtat
vnum ſm vnitatem potentie intellectiue.
Et in hoc cognoſcitur ꝙ vnus eſt habit⁹
ſcīe ſm potētiā ītellectiuā.⁊ plures ſunt
habitus ſciarū ſm diuerſas intelligibili-
tates illarū.¶ Lux ⁊ vmbra ſunt forme:
cū qb⁹ intellect⁹ ꝑticipat.v₃ cū luce ignis/
⁊ cū vmbra terre:q̄ ſunt ꝑtes corpis :cum
quo intellect⁹ ē cōiūct⁹.Et qr in ītellectu
eſt intelligere:ſicut lumē qđ illuminat in-
telligibilitates entiū intelligibiliū : ⁊ cū
illo lumīe intellect⁹ ipſas attīgit:inter in
tellectū ⁊ ignē maiorē ꝯcordātiā ꝗ̄ inter
ipm ⁊ terrā:qr ſua ignorātia eſt vmbra in
telligēdi:ī q̄ intellect⁹ nō attingit res ītel
ligibiles:q̄ ſunt ī vmbra ignorātie.¶ Li
nea ⁊ pūct⁹ ſunt forme cū quib⁹ intellect⁹
ꝑticipat inquātū cōiūct⁹ eſt cū corpe:cui⁹
linee ⁊ pūct⁹ ſunt ꝑtes nāles.Et iō linea ⁊
pūct⁹ cū qb⁹ intellect⁹ ꝑticipat:ſunt me-
dia:cū qb⁹ attingit lineas ⁊ pūcta ſubaꝝ
q̄ nō ſunt cōiuncte cū illo. Et hanc attin-
ctionē facit rōne ſimilitudinū quorū da
pūctorū ⁊ alioꝝ.⁊ q̄rundā linearū ⁊ alio
rum:que ſunt ſub genere corporalitatis

Et in hoc paſſu ſignificatū eſt: ꝙ intellectus cui⁹ tāgit partes illoꝝ: cū qb⁹ ꝯiunctus eſt cū aliqͩ intelligit: ꝙ partes cum qbus nō eſt cōiunctus. ſicut man⁹: q̄ ante tāgit pennā ꝙ penna lr̄as. ⁊ iō multiplicat aſi ſſītudines partiū: cū qb⁹ eſt coniūctus. ❡ In itellectu ſunt rectitudo ſupficies ⁊ figura forme: ꝑ q̄s intellect⁹ coniūctus ſe hꝫ ad itelligēdū: q̄ ſiqͩē ſofe ſunt ex eētia ⁊ nā corꝑis indiuiduati: cū quo intellect⁹ eſt cōiunct⁹. ⁊ ex ip̄is ita eſt habituat⁹: ſicut hō tūica indut⁹. ⁊ ſubā ex colore colorata. Et iō intellect⁹ rōne hitū quos hꝫ ꝑ corp⁹ ſe hꝫ ad hitus corꝑales. ⁊ ꝯſiderat rectitudies ſꝫ hitū rectitudīs. ⁊ hꝫ ſupficiē ſm hitū ſupficiei. ⁊ hꝫ figuras: ſm hitū figure. Et i hoc paſſu habet cognitio: ꝙ intellect⁹ accipit primo hit⁹ partiū: cū qb⁹ ē cōiūct⁹. ⁊ i quolibet hitu ſe hꝫ ad pl'es terminos ſub vno hitu ſcie ꝯſiſtētes. ❡ Partes maſculine ⁊ feminine ꝑticipāt cū intellectu iquātū ſunt partes corꝑis cū ipſo cōiūcti. ſicut viſitiuitas ⁊ viſibilitas calefactiuitas ⁊ calefactibilitas vegetatiuitas ⁊ vegetabilitas ⁊c. ⁊ qꝛ intellect⁹ hꝫ intellectiuitatē ⁊ itelligibilitatē: eſt cōcordātia iter q̄ſdā ꝑtes ⁊ alias arboris hūanalis. rōne cui⁹ cōcordantie partes corꝑales diſpoſite ſunt: vt itelligātur/ ⁊ itellectiuū a l itelligēdū. ❡ In itellectu ſunt itellectiuū intelligibile ⁊ itelligere mēbra: q̄ hñt cōcordantiā cū ramis ſenſus cōis. ſicut cum viſitiuo viſibili ⁊ videre. auditiuo audibili ⁊ audire. ⁊ ſic de aliis ſſībus iſtis. Et de hac cōcordātia q̄ eſt inter vnū mēbrū ⁊ aliud diſpoſit⁹ ē intellect⁹ ad itelligēdū res: q̄ ſunt rami brācharum. ſicut pr̄ ⁊ mater: q̄ concordantiā habent in amare filium: qꝛ coꝝ ſimilitudines repſentat. ❡ Intellect⁹ habet plura inſtrumēta ad intelligēdum. quoniam omnia inſtrumēta aliarum arborum forme ſunt: cum quibus intelligit intellect⁹. ſicut elementare: quod eſt inſtrumētum: cum quo fit elemētatum. ⁊ vegetare: cum quo fit vegetatum: ⁊ ſic de ſentire et imaginari. Et hec omnia ſunt forme cuꝫ quibus intellectus ſuuꝫ intelligere producit. quod eſt inſtrumentum intellecti ⁊ etiā intellectiui. quod mouet itelligere. qđ intellectum induit. Sicut martellus: qui mouet figurā claui: de qua induit ſubām claui. Trāſit ergo intellect⁹ ad intelligēdū cū oībus inſtrīs elatū/ vegetatū/ ſenſatū/ imaginatū/ rationatū/ ⁊ humanatū/ ⁊ cetera ſuppoſita his ſilia. ❡ Intellect⁹ nutrit ſuū intelligere cū ſuis nālib⁹ cōditionibus ⁊ cū cōditionibus aliaꝝ brāchaꝝ. qꝛ i hoc ꝙ intellect⁹ ſeipm̄ inclinat ad intelligendū entia bona ſuū intelligere nutrit cū nā bonitatis. Et quō hꝫ appetitū ad intelligēdū magna: nutrit ſuū intelligere magnū cum natura magnitudinis. Et quō vult finē intelligere ꝓpter quē eſt: tūc ſuū intelligere nutrit cū naturis. Et qñ vult corp⁹ intelligere: ſuū intelligere nutrit intelligendo cōditiones corporis. hoc eſt longū amplū ⁊ ꝓfundū ⁊ ceteras ei⁹ cōditiones. Et in hoc paſſu ſignificat mod⁹: rōne cui⁹ nutriti ſunt hitus ſciaꝝ. ⁊ quō ꝑ ꝯ̄riū modū ſunt habitus ſciaꝝ deſtructi. Impreſſio eſt forma: q̄ eſt in intellectu. ⁊ eſt de intellectiuo ⁊ intelligibili. qđ ſiquidē intellectiuū ſuā ſilitudinē imprimit i intelligibilitate: que ſilitudo in intelligere apparet. ⁊ hāc nām impreſſionis habet intellect⁹ gñalr̄ rōne ſuaꝝ partium. ⁊ ſtat impreſſio nālis ⁊ ſpālis. ſicut in ſua bōitate nāli: in qua bonificare eſt impreſſum ⁊ veſtigiū. ⁊ ſic de aliis rebus. Et rōne hui⁹ impreſſiōis gñalis ex pluribus multiplicate. ⁊ rōne impreſſionū: q̄ in arborib⁹ cōſiſtūt: cū qb⁹ intellect⁹ participat: hꝫ intellect⁹ nām ⁊ ꝓprietatē ad intelligēdū ſuā ſilitudinē imprimēdo in entibus intelligibilib⁹: vt ex ip̄is trahat intelligere: qđ eſt impreſſio ſiue caracter entiū intellectoꝝ ⁊ entis qđ ipſa intelligit. ❡ Intellect⁹ eſt de bonitate magnitudine ⁊ ceteris formis primariis. An inquātū bonitas ſuā ſilitudinē dat magnitudini: eſt magnitudo bonitate induta. ⁊ hoc qđ magnificat: ei⁹ bonitas accipit in ſua ſpecie. ſicut guſtus q̄ in ſua ſpē accipit illud: qđ ex guſtare venit. Et ꝑ hūc modū intellectus accipit in ſua ſpē nās. que ſibi venit ex ſuis ꝑtibus inquantū ip̄as induit ex ſua eſſentia. in cuius concretis conuertit bonificare in bonum intelligere. et idem facit de magnificare in ma-

gnum intelligere. ⁊ ꝑ hanc naturam quā
habet in ſe habet cōcordātiam cū inter=
tionibus aliaꝝ arboꝝ: quas trāſit ad in=
telligēdum ꝑ illam cōcordātiam. ¶ Per
ſeitas ⁊ indiuiduitas ⁊ attractio ſunt for
me: ex quibus intellectus eſt indut⁹. ⁊ ita
eſt per perſeitatem hoc: quod eſt. ſicut eſt
bonus per bonitatē. ⁊ per naturā indiui
duitatis eſt indiuiduatus: inquātum de
bonitate generali ipſe memoria ⁊ volun=
tas ſpecialem bonitatem quelibet per ſe
habent indiuiduatā. que ſtat ſub ſua per
ſeitate ⁊ numero. ⁊ idem eſt de ſua ſpecia
li magnitudine ⁊ de ceteris pricipijs. Id
circo habet intellect⁹ naturā ⁊ ꝟtutē at=
tractiuā: ꝑ quā attrahit de bonitate vir=
tutem ad intelligēdum: ꝙ ſit bonū ⁊ vir=
tuoſum. ⁊ de magnitudine ſilr. Et etiam
per virtutē attractiuā attrahit virtutem
aliaꝝ arboꝝ ad intelligere ſuum. vt illaꝝ
ſubiecta intelligere poſſit. ¶ Neceſſariū
⁊ cōtingēs ſunt forme: in quib⁹ intellect⁹
de neceſſitate cōſiſtit ſm ſuas conditiōes
nāles. per q̄s nāles intelligibilitates atti
git. ſicut oculi qui naturaliter colorē atti
gunt. ⁊ guſtus in guſtando: qui naturali=
ter attingit ſaporē. Et forma cōtingentie
eſt per accidēs: quia intellectus attingit
ſm diſpoſitionē aliarum arboꝝ. q̄ in vno
tpe diſpoſite ſūt: ꝙ itelligātur. ⁊ i alio nō.
⁊ ꝑ vnū modū. ⁊ ꝑ aliū nō. Sed itellectui
eſt ita ꝓpriū intelligere: ſicut igni calefa=
cere lignū quod ardet. tamen cum aqua
ei ꝓijcitur: cōtingit: ꝙ illud calefacere nō
pōt. ¶ Perfectio ⁊ imperfectio ſunt for
me: quibus vtit intellect⁹. ꝑfectione vtit:
inquātū ſe hꝫ ad finē: quare eſt. vꝫ ad in
telligēdū deū ⁊ cetera entia vera cū virtu
te ei⁹ principioꝝ. Et cū impfectiōe vtitur:
dūc ſe hꝫ cōtra finē ꝓpter quē eſt creat⁹.
hoc eſt: cū intelligit entia vera cōtra ꝟtu
tem ſuoꝝ principioꝝ ⁊ eius ſororū. q̄ ſunt
cetere brāche aīe. ſicut ſi intelligeret falſi
tatē/ ⁊ volūtas diligeret. Et in hoc paſſu
eſt ſignificatū: ꝙ vna potētia i vitiū cadit
ꝑ aliā accidētaliter. ¶ Uita eſt forma: q̄
eſt vna ps itellect⁹: ſicut bōitas. qꝛ ſicut ꝑ
bonitatē bon⁹ eſt: ſic ꝑ vitā viu⁹ eſt. ꝑ quā
vitā hꝫ nāꝫ viuificādi ceteras arbores di
ſpoſitas: ꝙ viuificent ꝑ ipm. ſicut ſunt ar
bor vegetalis ſenſualis ⁊ imaginalis: que
ſunt mote per ipm ad vitā: ſi cū illo ſint
coniuncte. ¶ Utitur intellectus colore:
inquantū ipm colorē intelligit. Et idē de
ceteris brāchis arboris ſenſualis: q̄ ſunt
intelligibiles. quaꝝ intelligibilitatē tra=
hit intellect⁹ ad ſuā intelligibilitatē pro
priā. ⁊ in ipſa illas intelligit. ſicut ſpera
lune: q̄ ſibi aquā attrahit in ſpera ignis.
⁊ in illa ei dat ſuū bñficiū. Et ſicut aqua
cū ſuis cōditionibus venit ad accipiēdū
influētiā ⁊ bñficiū a luna in ſpera ignis.
ita intelligibilitates arboꝝ veniūt ad ac
cipiendū influentiā ſm earum conditio=
nes in intelligibilitate intellect⁹. ſicut vi
ſus: qui cum intellectu eſt coniūctus: ve=
nit ad accipiendū bñficiū: inquantū ipe
viſus intellectus eſt per intellectū ſub ra
tione coloris: quē intellectus intelligit. ⁊
ꝑ ipm intelligit potētiā viſiuā: que colo=
rem accipit. cui⁹ eſt obiectū. ¶ Uigilare
cōſiſtit ꝑ intellectū. ⁊ dormire ꝑ ocioſita=
tē ipius intellectus. Et ideo hoīes qui in
tellectu multū vtūtur minus dormiūt q̄
alij. Et ſomniare inter intelligere ⁊ igno
rantiā cōſiſtit. ſicut dubitatio: q̄ eſt inter
affirmatiuā ⁊ negatiuā. Et illud propter
qđ vigilare ꝑ intellectū cōſiſtit: eſt: qꝛ in=
tellectus trahit inſtrā ad ſuū intelligere.
que ſiquidē inſtrā ſunt aliaꝝ arboꝝ. qui=
bus operaꝛ: vt intelligere poſſit. ſicut ca=
lefacere: vt poſſit intelligere calefactū. ⁊
ſicut videre: vt poſſit intelligere obiectū
viſum. Et illud ꝓpter qđ in dormire ocio
ſitas intellectus conſiſtit. eſt: qꝛ flores ce=
terarum arborum quietem habēt. qꝛ agē
tia eoꝝ naturalia feſſa ſunt in mouendo
ipſa. ⁊ ideo intellectus nō habet: cū quo
poſſit operari in attingendo obiecta cor
poralia. Et ratio quare ſomniare eſt in=
ter vigilationem ⁊ dormitionē: eſt: qꝛ in
tellectus attingit in parte aliquas ſimili
tudines realiū viſibilitatū. ⁊ in pte ipſas
ignorat: qꝛ ei⁹ inſtrā diſpoſita nō ſunt: ꝙ
ex ipſis bonū operari poſſit. ſicut faber:
qui cū paruo martello magnū clauū ope
rari non poteſt. ¶ Gaudiū ⁊ ira ſunt for
me que ſunt in intellectu in parte ſm ſuā
ꝓprietatē. ⁊ in parte ſm naturā volunta
tis. ſm ſuā naturā: inquātū inclinationē

habet ad placitũ ꝑ ſuũ iſtinctũ nãlẽ vt in
telligere poſſit. Et qñ impedit̃ ad itelligẽ
dũ: inclinationẽ hʒ ꝑ inſtinctum nãlem
ad irã. ⁊ ad hoc mouet volũtas i amãdo
intelligere. ꝑ cuiꝰ amare hʒ itellectꝰ placi
tũ i itelligẽdo. Et qñ volũtas odit itellige
re tũc mouet̃ itellectꝰ ad irã ꝯ volũtatẽ ſʒ
inſtictũ nãlẽ. ¶ Per itellectũ ſanitas cõ
ſiſtit in corpore vel infirmitas. qꝛ ſm ꝙ
intellectus in intelligẽdo delectatur: cor
pus (cũ quo eſt cõiũctus) viuificat: ſi tamẽ
res delectabiles itelligit. Et ſi res corpori
nociuas intelligit: corpꝰ ⁊ eius oſſa deſic
cat. ⁊ ſic eſt cã ſanitati corpis aut iſirmita
ti. Tamẽ ſm ſeipſum diſpoſitus eſt ad ha
bẽdũ ſanitatẽ aut iſirmitatem ſpiritualr.
Diſpoſitus eſt ad ſanitatem inquãtũ ſua
pricipia dirigit ad finẽ ꝓpꝫ quẽ ſunt. ſicut
bõitatẽ ad bõificãdũ. ꝙ ſi deuiat illa a fi
ne ꝓpter quẽ ſunt: tũc iſirmat̃ ꝑ peccatũ.
¶ Induſtria eſt forma cũ q̃ intellectꝰ pti
cipat. q̃ induſtria venit ex pte ſenſitiue et
aliaꝝ arboꝝ. Et illa iduſtria ẽ ei iſtrumẽ
tũ quomõ modũ aialiũ accipiat quẽ hñt i
viuẽdo ⁊ plãte i vegetãdo. ſicut vulpis: q̃
induſtriã hʒ in venãdo. ⁊ ſarmẽtũ: qđ hʒ
induſtriã ſe ligãdi i ramis arborũ: in qui
bus aſcẽdit: ⁊ ſic de aliis rebus ſimilibus
iſtis. ¶ Intellectꝰ ẽ ps ſubalis aie rõna
lis. ⁊ eiꝰ eẽnᵃ eſt itelligẽtia: ⁊ ẽ ens inquã
tũ ẽ ſuppoſitũ de ꝯcretiſ eẽntialibꝰ plenũ:
q̃ ſunt intellectiuũ intelligibile ⁊ itellige
re. Eſt pars ſubalis animie: qꝛ eſt de parti
bus ſubalibus: videlicet de bonitate ſuba
li magnitudie ⁊ ceteris. Et itelligentia ẽ
eius eſſentia: iquãtum equaliter ſua rea
lia concreta eſſentialia cõſiſtunt ſub eſſen
tia ſua. Et eſt ens inquantũ cõpoſitus eſt
ex partibꝰ ſubalibus ⁊ accñtalibꝰ. cõpoſi
tus eſt ex ſubſtãtialibꝰ: vt dictũ eſt. ex par
tibus accidẽtalibus: vt in foliis huius ar
boris dicere intendimus. ¶ Dictum eſt
de centum formis primariis. ⁊ ſm ꝙ ap
plicate ſunt ad hũanũ itellectũ: eo mõ ap
plicari pñt ad volũtatẽ ſm ſuas ꝯditiões.

¶ De volũtate que eſt brancha ſpi
ritualis arboris humanalis.

Voluntas eſt de bõitate magni
tudie ⁊ ceteris formis ſpiritua
libus: que ſe habẽt ad ipſaʒ cõ
ſtituendã: ſicut plures linee ad vnũ pun
ctũ. Vñ ſicut homo vtit̃ ſuis ptibꝰ calefa
ciẽdo vegetãdo ſentiẽdo et imaginãdo:
ſic volũtas vtit̃ velvti debet bõitate magni
tudine ⁊ ceteris. dʒ vti bonitate: qꝛ natu
raliter eſt bona. ⁊ magnitudine ſimiliter.
Et quia libertatẽ hʒ vtendi ſuis ptibꝰ: po
teſt acquirere aliã bõitatẽ: q̃ accñtalis eſt
⁊ meritoria ⁊ moralis: que virtus vocat̃.
ſicut iuſtitia: que eſt bona. ⁊ ſic de aliis.
¶ Voluntas in homine eſt cõiũcta cum
branchis ceterarũ arborum. vʒ cũ igne:
qui eſt vna brancha arboris eĺalis: q̃ na
turalem habet appetitum calefaciendi / ⁊
ſiccitatem recipiendi. Et voluntas natu
ralem habet appetitum diligendi ignis
appetitus cum ipſos habeat ſm curſum
naturalem. ſicut hõ: q̃ cum habet frigus:
magnum habet appetitum per ignem: ꝙ
calefiat. ⁊ illum appetitũ diligit volũtas.
quia corpus diligit: cum quo eſt coniun
cta. Idcirco fit cõcordantia inter volun
tatẽ ⁊ appetitũ ignis. que bona eſt ⁊ ma
gna ⁊c. Sed cũ ignis appetituʒ habet ad
nimis magnũ calorẽ: quia volũtas aquã
diligit cum iuſtitia: frigiditatem diligit
contra nimium calorem. idcirco hominẽ
mouet ad comedenduʒ res frigidas: ⁊ ad
ſtandũ in locis frigidis: ⁊ ad veſtiendum
paucas veſtes. ¶ Vegetatiua amabilis
eſt: qꝛ eſt bona ⁊ magna / ⁊ qꝛ per illam vi
uit corpus ex his que ſunt extra. que vege
tatiua conuertit in naturas corporis. Et
quia eſt amabilis: voluntas diligit eam.
Idcirco diligunt homines ſapores i qui
bus appetitiua delectatur / amaritudines
euitando. q̃s appetitiua nõ requirit in re
tentiua neqꝫ in digeſtione. Tamen quan
do appetitiua delectationem requirit cõ
tra bonitatem voluntatis: ſi voluntas il
lam delectationem diligat: ſuum diligere
non eſt bonum / immo eſt vitioſum: inquã
tum diligit contra bonitatem ⁊ iuſtitiã.
Idcirco homines qui ſunt iuſti in vegeta
tione: diligunt temperantiam: cum qua
refrenant appetitiuam contra indebitaʒ
delectationẽ. vt volũtas conſeruare poſſit
bonitatem ſuam: que diligibilior eſt ꝙ̃
delectatio in vegetatione. Et ſi homo cõ
trariuʒ faciat diligit plus ea: que minora

ſunt/ q̄ ea que ſunt maiora. Et ideo ſtat
vitioſus in peccato ꝛ in culpa. ¶ Volun-
tas diligit ſentire invidendo audiēdo/ ꝛ
odorando bonos odores ꝛ in guſtando/
tāgēdo/ ꝛ i loquēdo. Et hoc facit qꝛ natu
raliter diligit partes: cū quibꝰ eſt ꝯiūcta.
idcirco corpus mouet ad videndum pul-
chra: quia pulchra placentia ſunt ad vidē
dum. Et mouet corpus ad audiendū ver
ba pulchra. ꝛ ſic de ceteris delectationibꝰ
ſenſualibus: in quibus corpꝰ delectatur ꝛ
inuenit placitū. Et qꝛ naturaliter volun-
tas plus diligere dȝ iuſtitiā in amare ſuū
in magnitudine bōitatis q̄ delectationē
ſenſus i ſentire. ſi i ſentire maiorē diligat
delectationē q̄ in amare intelligere vel re
colere: facit ꝯ magnitudinem ſui amare.
ſicut homines qui plus diligunt pulchri
tudinem mulieꝝ ratiōe ſenſus in ſentien
do q̄ pulchritudines ipſius voluntatis
intellectꝰ ꝛ memorie in amādo/ intelligē
do/ ꝛ recolēdo. ¶ In hoīe coniūcte ſunt
volūtas ꝛ imagiatiua: ita ſicut ptes q̄ cō
iūgūtur: vt ſit totū. Vñ cū inclinationem
habet amādi ſenſitiua: imagiatio ē eius
inſtrumētū: inquātū ītellectꝰ in illa ima
giatur placita ſenſualia: ꝛ tūc imaginati
ua volūtatē mouet ad amādū placita ſen
ſualia. Et in hoc paſſu habetur cognitio:
quomodo q̄dā potētie alias potētias mo
uent. ſicut volūtas: q̄ intellectū mouet ad
imaginādū placita ſenſualia i imaginati
ua. q̄ eſt ſimilitudo illoꝝ: q̄ ſiquidē placita
naturaliter ſunt amabilia. Et imaginati
ua volūtatē mouet ad amādū illa placita.
ſicut nauis que mouendo ſeipſaȝ nautas
mouet de vno loco in aliū. Et ſi voluntas
in hoc motu nō moueat amare ſuū cum
magnitudine bonitatis poteſtatis/ virtu
tis ꝛc. ſeipſam mouet ad pctm̄. ꝛ inſtru-
mētū qđ eſt imaginari: cōuertit in malis
operibus. que ſunt priuatio magnitudi-
nis boni ꝛ virtuoſi amoris in amando.
Et in hoc paſſu cognoſci poteſt: q̄ malū
eſt priuatio boni/ et peccatū priuatio vir
tutis. Et habetur cognitio: quomodo ho
mines ſe inclinant ad malum ꝛ peccatū.
Que ſiquideȝ inclinatio eſt priuatio aſcē
ſiōis ad opa bōa ꝛ virtuoſa. ¶ Volūtas
eſt ita de equalitate: ſicut eſt de bonitate/
magnitudine/ duratione/ ꝛc. poteſtate. et
idem eſt de intellectu ꝛ memoria. Et ideo
habet voluntas naturaliter ita equalia:
ſicut bona ꝛ magna ꝛ potentia: que ſunt
ſuum proprium amatiuū amabile ꝛ ama
re: que in illa ſunt equalia. Unde ſicut vo
luntas participat cum intellectu ꝛ memo
ria i ſpē bōitatis magnitudinis ꝛc. ſic cū
illis pticipat i ſpē eq̄litatis. Et in h̄ paſſu
cognoſcit: q̄ oēs tres potētie aīe nālr
ſunt eq̄les: ſicut p bonitatē ſunt bōe/ ꝛ p
magnitudinē ꝛ poteſtatē magne ꝛ poten
tes: ꝛ ſic de ceteris. Sed quia hoīes ea-
rum equalitate vti neſciunt: ideo opinan
tur: q̄ vna ſit maior alia. Sicut conſidera
re: q̄ voluntas ſit maior q̄ intellectus in-
quantum ei precipit illa obiecta intellige
re: que amare deſiderat. cui voluntati in-
tellectus eſt equalis: inquantum ei preci-
pit intelligibilia obiecta amare cum ma-
gnitudine bonitatis/ virtutis/ veritatꝭ ꝛc.
Et idem eſt de equalitate memorie. q̄ eſt
inſtrumentum diſpoſitum: in quo volun-
tas ꝛ intellectus equaliter ſpecies depo-
nant: quas acquirunt ꝛ multiplicant. vt
ipſas equaliter cuilibet reſtituere poſſit.
¶ In vegetatiua conſiſtit equalitas in-
ſtinctuum naturalium ꝛ appetituuȝ. ſicut
appetitiua: que equalis eſt naturali inſti
ctui retentiue. ꝛ quando eſt maior: tūc eſt
contra digeſtiuam. idem ſi inſtinctus na-
turalis retētiue maior ſit q̄ naturalis in
ſtinctus appetitiue. Oportet ergo ſm̄ cur
ſum naturalem: q̄ in vegetatiua ſint equa
les potentie inſtinctus ꝛ appetitus natu
rales. Sȝ qꝛ hoīes maioreȝ inclinationē
hñt ad appetitus ſenſuales q̄ dāt placitū
q̄ ad inſtinctus p quos ſit calor nālis/ et
etiā ꝯſeruat. Jō credūt: q̄ appetitiua ma
ior ſit i vegetatiua q̄ īſtictꝰ nāl retētiue. q̄
propter ꝯ ꝟitatē corpis ꝯſiderāt. Idē fa
ciunt: cū maiorem volūtatē iudicāt p li-
bertatē q̄ intellectū: q̄ ita magnꝰ eſt p li
bertatē ſicut volūtas. q̄m ſic eſt magnū vo
lūtati hr̄e libertatē. per quā ſe hr̄e poſſit
ad diligēdū vnū vel aliđ: ſic ē magnū ītel
lectui hr̄e libertatē p quā ſe hr̄e poſſit ad
intelligendum libere ꝛ non coacte vnum
obiectum vel aliud. Sicut oculi: q̄ liber-
tatem habent: q̄ videant/ ꝛ ignis ad ca-

lefaciendū: cum calefacit. ⁊ etiā ſicut volūtas libertatē habet ad amādū vel odiēdū: ſic intellectus libertatē hꝫ ad intelligendum veritatem vel falſitatem.

¶ De ramis arboris humanalis.

Rami arboris hūanalis ſunt ex quinqꝫ naturis. vꝫ de nā elemētali vegetali ſenſuali imaginali ⁊ rōnali. Idcirco qlibet ramoꝝ venit cū ſuis naturis ⁊ cōditiōib⁹ i hac arbore. ſicꝫ ignis: qui venit cū ſuis ramis: q̄ ſūt ignificatiuū ignificabile ⁊ ignificare: i maſſa q̄ eſt ram⁹ de elatiuo elabili ⁊ elare cōpoſitus cū aliis elis. Et cū tali ramo ſtat veſtit⁹ de vegetatiua ram⁹: cui⁹ idnit ſuū ramū. p qd indumentū eſt diſpoſitus ad gñationē ⁊ corruptionē p̄uationē ⁊ renouationē. ⁊ trāſit ad ramos ſenſitiue. rōne quoꝝ diſpoſitus eſt: ꝙ ſit inſtrumentū viſitiuo viſibili et videre ⁊ obiecto viſo/ ⁊ auditiuo audibili. ⁊ ſic de ceteris particularib⁹ ſenſus cōmunis. Deinde trāſit ad imaginatiuā ducēdo ei obiecta: que per ſuā habet naturaꝫ. ⁊ illa ſimiliter quib⁹ eſt indut⁹ p vegetatiuam et ſenſitiuā: in qua diſpoſit⁹ eſt: ꝙ ſit imaginabilis ſm ſuas cōditiōes/ ⁊ cōditiōes: quas accipit ⁊ donat. Et ſic indutus ⁊ habituat⁹ trāſit ad rationatiuam. cuius rami ſunt i memoria memoratiuū memorabile ⁊ memorari. ⁊ i intellectu intellectiuū intelligibile ⁊ itelligere. ⁊ i volūtate amatiuū amabile ⁊ amare. Et ideo anima accipit in ſuis ramis ꝓprietates ⁊ qualitates ramoꝝ elementatoꝝ. Et idē facit de vegetatis ⁊ ſenſatis ⁊ imagiatis. Et i hoc paſſu habet cognitio de mixtione ramoꝝ: que fit in arbore humanali. p quam mixtionē fit ramorum continuatio ⁊ participatio. vt ſit vna continuatio humanitatis ex diſcretis quantitatibus conſtitute que diſcrete ſunt inquantum ſunt partes totius. quod eſt homo. Nō ſi quidem totum eſt totum per continuaꝫ quantitatem ex pluribus compoſitam. Et ramis ſic mixtis omnibus adinuicem in arbore humanali fit participatio obiecti et obiecti/ et potentie et potentie / et actus et actus. quemadmodum ex elementabili vegetabili ſenſibili imaginabili ⁊ rationabili. Et quia hec obiecta ſunt ſub ſpecie obiectationis: ſunt in concordantia. per quā diſpoſita ſunt: ꝙ ſint inſtrā oīa adinuicē. vt p potētias ſint obiectata. Et idē ſequit̄ de concordantia potentiaꝝ ⁊ actuū: veluti elatiuū vegetatiuum ſenſitiuū imaginatiuū ⁊ rationatiuū. que cōcordātiā hñt in accipiēdo obiecta: inquantū ſunt ſub vna ſpē actiuitatis. Et ex ambabus cōcordantiis ſunt in cōcordantia actus. ſicut elementare vegetare ſentire imaginari et rationari. Et qñ he cōcordantie deſtructe ſunt per contrarietatem: que eſt contra fines ramoꝝ: fit diuiſio ramoꝝ/ ⁊ moritur homo.

¶ De foliis arboris humanalis.

Folia arboris humanalis ſunt de quinqꝫ naturis: ſm ꝙ rami ſunt de illis. ſꝫ qꝛ i arborib⁹ predictis de quattuor dictū eſt. idcirco de qnta natura q̄ eſt de foliis ſpūalib⁹ arboris hūanalis in hac arbore loqui intendimus: ⁊ de participatione quā habet cū ceteris foliis. Et primo de quantitate arboris humanalis: que eſt ſm aīam rationalem.

¶ De quātitate arboris humanalis.

euiternali. ¶ Maioritas vitioſa eſt illa
maior imperfectio: q̄ ſe hȝ ad non eſſe/et
que facit ſuū cōtrarium (quod eſt minori
tas) concordare cū eſſe. Que ſiquidē mi
noritas naturaliter hȝ cōcordātiā cū non
eſſe. Et in hoc paſſu poteſt haberi cogni
tio ſub ratione ſimilitudinis non eſſe ⁊ ſi
militudinis eſſe: que ſunt forme: q̄ ſunt cō
trarie ſimilitudines eſſe ⁊ non eē. Idcir
co hoīes mali ꝙ̄to maiores ſunt in mali
tia: cōcordātiā maiorem habent cum nō
eſſe: ꝙ̄ homines qui non ſunt ita mali. q̄
ſm comparationem habent rōne eorum
malitie concordantiam cum eſſe. Et in h̄
paſſu poteſt haberi cognitio ꝙ maioritas
eſt mala in priuatione finis ⁊ in ſtultitia
⁊ in falſitate. in qua ſiquidem maioritate
mali ſunt infideles ſub habitu ſtultitie/⁊
etiam chriſtiani diuites auari: qui bona
communia permittunt eſſe ocioſa ⁊ in pri
uatione finis contra pauperes. ¶ Equa
litas vnius mali ⁊ alterius eſt priuatio
equalitatis vnius boni ⁊ alterius. Idcir
co homines auari digni ſunt magna pe
na. Et ꝙ̄tomagis ſunt auari: maiori pe
na ſunt digni. quia multiplicant equali
tatem vnius mali ⁊ alterius: ⁊ priuant fi
nem: propter quē diuitie illorū ſunt crea
te. Que priuatio finis eſt multum mala.
in qua concordant plura magna mala ꝯ
finem bonitatis ⁊ cōtra finem ſue magni
tudinis durationis ſue poteſtatis ſui in
ſtinctus ⁊ ſui appetitꝰ naturalis. ¶ Mi
noritas vitioſa eſt priuatio minoritatis
virtuoſe. que cōcordantiam habet cuȝ nō
eſſe: ⁊ in hoc paſſu poteſt cognoſci modus
ratione cuius poterit haberi cognitio de
quiditate virtutis ⁊ de quiditate vitij. Et
huius cognitio multuȝ eſt vtilis illis: qui
habituari volunt ex virtutibus: ⁊ qui vo
lunt vitia euitare ⁊ habitus eorū. ¶ Di
ctum eſt de radicibus vitioſis ⁊ de earum
diffinitionibus, per quas haberi poteſt
cognitio de ipſis. ⁊ quomō ſtant ſub quat
tuor habitibus vitioſis. vȝ ſub habitu ma
litie ſtultitie falſitatis ⁊ priuationis finis
ſub quibus quattuor habitibus ſunt alij
habitus aliarum radicum. que ſe habent
ad ſuas ſpecies: ſicut materia oleaſtri: q̄
ſe habet ⁊ ſe conuertit in mām olee inſer
te in illo. Et ex iſtis quattuor formis que
ſunt ſupra: que viuunt ex formis inferiori
bus: cōpoſitus eſt truncꝰ arboris vitioſe.

¶ De trunco arboris vitioſe.

Truncus huiꝰ arboris ē ex ſi
militudinibus quas diximꝰ
que ſunt ſue radices. ⁊ qui eſt
communis confuſio genera
lis que eſt fons: in quo vitia
particularia ſunt diſpoſita in potentia. q̄
ſiquidem vitia trahit agens naturale de
diſpoſitione: ⁊ ipſa in actu adducit ⁊ in
habitu. ſicut martinꝰ vitioſus: qui ex ipſa
trahit ſuam malitiam ⁊ magnitudinem
illius malitie. Et idem de ſua ſtultitia et
poteſtate quam habet. per quam poteſt
fieri ſtultus. ⁊ duratio quam habet in per
ſeuerando in malo: ⁊ in ſtultitia ⁊ etiam
in falſitate ⁊ in priuatione finis virtutis
que eſt truncus contrarius trunco vitij.
¶ Truncus iſte eſt inuiſibilis nec videri
poteſt. cum ſit ex ſimilitudinibus. q̄ ſimi
litudines ſunt peccatum. quod eſt iſte trū
cus. Et quia in illo ſtat multitudo mali
tie: poteſt quilibet homo multiplicare et
augmentare ſuum peccatum: cum ita ſit:
ꝙ ex formis generalibꝰ multiplicari poſ
ſint forme ſpeciales. Et cum in trūco ſit
minoritas vna ex ſuis partibus: poſſunt
peccatores minorificare ſua peccata. ⁊ ma
iorificare: cum maioritas ſit vna pars trū
ci. et etiam quia priuatio finis eſt vna pꝰ
trunci: poſſunt peccatores priuare eoꝝ
peccata. ⁊ hoc poſſunt cum poteſtate: que
eſt vna pars trunci. Uerūtamen poſſunt
cum iuuamine dei contra poteſtatem trū
ci. ⁊ poſſunt cuȝ contrarietate. que ē vna
pars trunci. in qua eſt concordantia vir
tutū: ſic in diſpoſitiōe ⁊ potētia moraliter
ſicut frigiditas nāliter ī aqua calefacta.
Et iſte paſſus declarat: quomō peccator
ptātē hȝ in principiādo v̄tutē rōne cōtra
rietatis. q̄ eſt cōtra vitiū tū cum adiuto
rio dei ſine quo peccator nō poſſet exire a
pc̄ō. cū ſit incarceratꝰ in carcere iuſtitie.
Et iſte paſſus eſt multū vtilis ad ſciendū.

¶ De brāchis arboris vitioſe.

BRāche huius arboris prīci
paliter ſunt gula/ auaritia/
luxuria/ ſupbia/ accidia/ in=
uidia/ ⁊ ira. Et iſte ſeptē brā
che ſunt habitus: ſub quib⁹
ſunt forme: ex quibus truncus cōſiſtit. De
quibus diffinitiōes dare proponimus: vt
ex ipſis melius cognitionē demus.

¶ De gula.

GUla eſt illud peccatum: quod ſe
pius priuat abſtinentiā ⁊ tēpe=
rātiā ꝙ̄ aliquod aliud peccatū.
Jdcirco eſt illud vitiū: ꝑ quod homines
plus moriunt ꝙ̄ per aliqđ aliud vitium.
¶ Per gulā ſunt ſepi⁹ hoīes infirmi cū
ita ſit: ꝙ ꝑ nimis comedere aut bibere ſit
deſtructa digeſtio ⁊ appetit⁹ nālis. ī quo
nā arboris vegetalis ſe delectat. Jdcirco
pr̄es ⁊ m̄res q̄ diligūt filios ⁊ vitā illoꝝ:
nutrire nō deberēt cū cibariis delicatis ⁊
pluribus. Que q̄dē delectatio ⁊ multitu
do diſponit gulam ꝯ vitā ⁊ ꝯ diuitias. ⁊
diſponit hoīes ꝙ ſint ocioſi/ ⁊ ꝙ ſint de
groſſo ingenio/ ⁊ ꝙ ſint latrones: cū diui
tie eis defecerint ꝓpter nimis comedere
⁊ bibere vel ꝓpter cibaria delicata q̄ ſunt
chariora ꝙ̄ alia. ſicut ſunt galline ꝑdices
et piſces groſſi. q̄ ſunt chariores ꝙ̄ car=
nes bouine vel ſardine. ¶ De auaritia.

AUaritia eſt illud vitiū: quod eſt
magis cōtrarium fini bonorū
temporaliū ꝙ̄ aliquod aliud
vitiū. Per auaritiam ſunt denarij ocioſi
in archa omnis auari ⁊ bladum ī grana
nariis. ⁊ ſic de aliis. Sicut ſpes ī qua ho=
mo auarus non exiſtit. inquātum confi=
dit in ſuis denariis nec eius appetitus
ſuum habet cōplementum: inquātum ho
mo auarus non comedit de cibariis que
ſunt ſana. quia ſunt digeſtibilia/ et quia
appetitiua in illis delectationem inue=
nit. Jdcirco homo auar⁹ eſt cōtra arbo=
rem elementalē: et q̄ ſunt denarij. Et idē
eſt de cōtrarietate: quam habet cōtra ar=
borem vegetalem: inquātum eſt contra
ſapores ⁊ delectationes. in quibus natu=
ra delectat. Eſt etiā cōtra arborē ſenſua=
lē: inquātum hō auarus eſt male idut⁹/ ⁊
iacet in malo lecto/ ⁊ multum laborat. Et
ſic de aliis ſilibus iſtis. ſicut homo auar⁹
qui in extremis ſatiſfacere nō curat de cō
miſſis: que fecit contra largitatē veritatē
⁊ finē diuitiaꝝ. ¶ De luxuria.

LUxuria eſt vitiū: qđ inordinat
copulā carnalē. inquātū ipſaꝫ
deuiat a fine: ꝓpter quē eſt fi=
nis carnalis copule. Eſt eñ finis carna=
lis copule: vt humana ſpēs reſtauretur ⁊
multiplicet in pluribus hoībus. quē finē
facit luxuria obliuiſci/ ⁊ recolere facit de
lectationes carnales ⁊ ꝯ curſum natura=
lē. quas nec dicere nec ſcribere ſum⁹ auſi.
ꝓpter magnā vilitatē illaꝝ. Sub quartū
habitu ſunt viles illi: q̄ illis delectationi=
bus ſunt induti. ⁊ q̄ magna pena ſunt di
gni. ¶ Eſt etiā luxuria ꝯ ſanitatē. q: in
placitis q̄ dat: arborē vegetalē deſtruit.
Et eſt ꝯ diuitias: quas hō cōgregat ⁊ di=
ſponit inuidiā: deceptionē: traditionē: ⁊
plura alia mala: ꝙ veniāt in actu. Et de
hoc experiētiā habem⁹ in plurib⁹ ⁊ ma=
gnis malis: que hoīb⁹ luxurioſis ꝑ femi
nas acciderūt. ⁊ ꝑ eos pluribus aliis.

¶ De ſuperbia.

SUperbia eſt illud vitiū: ratione
cui⁹ hoīes volūt hr̄e honores: q̄
eis non cōueniūt. ¶ Superbia
obliuiſci facit minoritates nāles de q̄b⁹
hō ꝓceſſit. ⁊ cōſiderare facit maioritates
quas de⁹ ſub cōditione dat: ꝙ hō cū illis
ſit humilis ⁊ indutus habitib⁹ ꝟtutū/ ⁊
cū illis deo honorē faciat ⁊ ſuo proximo.
Jdcirco hoīes ſuperbi nolūt pares hr̄e:
nec alios amare. ⁊ faciūt aliqua: quoꝝ ra
tione hūiles exiſtūt ī ſeruitute ꝓpter eoꝝ
defectū. Et inuidiā hn̄t de bonis humi=
liū. q̄ aſcēderūt cū humilitate ad ꝑfectio
nes: quas deus dat. Jdcirco hoīes ſupbi
ſunt inuidioſi ⁊ accidia induti. rōne cui⁹
dicūt malū libēter/ ⁊ iraſcūtur: q̄ñ hono=
rari nō pn̄t in rebus ſupioribus: a q̄bus
eos ſuperbia deſcēdere facit in infimis.
que ſunt ſub pedibus humiliū. qui cū hu
militate aſcēdūt ad ſupiora. a q̄b⁹ hoīes
ſupbi ceciderūt. Jdcirco per ſuperbiā ve
niūt guerre: labores: ire: triſtitie: ⁊ pau=
pertates: ⁊ plura alia mala. que longum
eſſet ad enarrādū: que dicere nō oportet.
qm̄ ex ipſis experientiā habemus.

¶ De accidia.

Accidia eſt vitiũ: ꝑ qḋ hoĩes pigritiã hñt in faciẽdo bonũ. ⁊ hñt placitum de malo alioꝝ: ⁊ triſtitiã de eoꝝ ꝓſperitate. ¶ Accidia eſt vitiũ: qḋ eſt in pluribꝰ hoĩbꝰ: qui ipſam nõ agnoſcũt nec credũt eſſe ĩ mortali peccato. Et eſt vitiũ: qḋ eſt magis ſecretũ ꝙ alia. idcirco plures ſe perdũt ꝑ accidiã. q̃ credũt ſaluari. Quare accidia eſt peccatũ valde periculoſum. q̃ regnat multũ in mũdo. ¶ Accidia eſt cõtra charitatẽ ⁊ contra fraternitatẽ naturalẽ. ⁊ eſt medium ꝑ quod bona naturalia ſunt ĩpedita: ne veniant ad fines naturales. q꞉ ꝑ ipſuꝫ trãſire nõ poſſunt. Et ideo facit homines pigros ⁊ cõtra diligẽtiam iuſtitiã ⁊ ceteras virtutes

¶ De inuidia.

Inuidia eſt illud peccatũ: qḋ eſt cõtra propriã charitatẽ ⁊ cõmunem. Inuidia eſt cõtra propriaꝫ charitatẽ: inquãtum homines inuidioſi volũt habere bona aliena cõtra iuſtitiaꝫ ⁊ ſpem. Et q̃ñ ipſa habere nõ poſſunt facit ipſos cõſiderare modos ex q̇bus oriũtur traditiones/mẽdacia/deceptiões/latrocinia/⁊ plura alia mala. vt illa bona habere poſſint. Idcirco inuidia eſt valde graue peccatũ: inquãtum cũ malo deſiderare facit hoĩes bona: q̃ ſunt cõtraria in aliĩs. ¶ Inuidia eſt cõtra cõem charitatẽ ſcilicet cõtra charitatẽ dei qui dat bona cõia oĩbus: ſicut ignis: qui dat cõmunẽ calorẽ plantis. in quibꝰ ĩpẽ habet dominiũ/⁊ etiã in plantis: in quibꝰ cetera elemẽta dñium habent. Eſt etiã inuidia contra cõmunẽ charitatẽ fraternitatis ⁊ bonoꝝ naturaliũ. Idcirco hoĩes inuidioſi nõ recurrũt ad bona generalia/ſꝫ ad ſpecialia: que habere deſiderant contra ſuos proximos.

¶ De ira.

Ira eſt nimiꝰ motꝰ voluntatis: q̃ venit: ⁊ eſt cũ triſtitia. ꝑ quã voluntas ꝑ paſſionẽ bonoꝝ entiũ deſiderat/⁊ actiõem maloꝝ: vt bona ſint deſtructa. ¶ Per irã deſtructe ſunt veritates: quas ĩtellectꝰ inq̇rit. q꞉ ira lumẽ deſtruit cum quo inquirũtur. ⁊ ĩ intellectu ponit tenebras. Et idẽ facit ĩ viĩs memorie. idcirco hoĩes q̃ ſunt irati: neſciunt quid faciũt. ⁊ faciũt caſu fortuito hoc qḋ faciũt/ ⁊ cõtra inſtinctus ⁊ appetitꝰ naturales ⁊ cũ errauerint: eoꝝ cõmiſſa vel errores nõ recolũt: nec modũ quẽ tenuerãt: q̃ñ errauerũt. q̄re hoĩes q̃ ſunt irati: ligari deberẽt: quouſq꜄ irã vel furorẽ amitterẽt/⁊ haberẽt lumẽ viaꝝ intellectꝰ ⁊ memorie/⁊ quouſq꜄ tenebre priuarent. ꝑ q̃s hoĩes irati fortuito vadũt abſq꜄ diſcretiõe. qui peiores ſunt ꝙ beſtie: q̃ hoc qḋ faciũt: cũ imaginatione faciũt: ⁊ cũ inſtinctibus ⁊ appetitibꝰ naturalibus. ¶ Nullũ pctm̃ eſt ita ꝑiculoſum ſicut ira. q꞉ ira brachia ⁊ pedes ligat cõtritioni cõſcie patientie abſtinẽtie ⁊ aliĩs v̾tutibus. vt venire nõ poſſint nec aliqua op̄ari. Quare ira eſt ꝯ eſſe ⁊ hꝫ cõcordantiã cũ nõ eſſe. inquãtũ bona digna eſſendi inclinat ad nõ eſſe. ⁊ mala digna nõ eẽndi ꝓducit ĩ eſſe. Quare hõ iratꝰ nõ facit d̾iam ĩter deſtructionem ſuiĩpſiũs p̄ris filiĩ ⁊ ſororis ⁊ fratris ⁊ cõſanguinei ꝓuati ⁊ extranei: q̃m nulli ꝑcit/ nec remittit/ nec rationẽ auſcultat. Et mala que ſunt ꝑ irã: q̃s dicere poſſet?

¶ De gula ⁊ auaritia.

Gula ⁊ auaritia cõcordãtiã hñt cõtra tẽperãtiã ⁊ largitatẽ. Et ideo gula diſpõit materiã auaritie: q̄ ſit contra largitatẽ. Sicut hoĩes guloſi: q̃ bona tꝑalia aggregãt in maiori quãtitate ꝙ indigeãt: ꝓ cibariĩs que deſiderãt. Idcirco auaritia eſt contra largitatẽ. q̃ retinet illa: q̃ dari deberẽt. poſtꝙ eſt ſufficientia cibarioꝝ ĩ illis: q̃ comedere deſiderãt. Cõtra temperãtiã idẽ facit auaritia: que gule materiã diſponit: q̄ poſſit multũ comedere ⁊ bibere cõtra tẽperãtiã. inquãtũ retinet multa ſuperflua. q̃ oĩa hõ comedere nõ põt neq꜄ bibere. ꝓpter quas diuitias intẽdit multũ comedere ⁊ bibere. poſtꝙ cibaria hr̃e põt cũ diuitiĩs quas auaritia aggregat.

¶ De gula ⁊ luxuria.

Gula ⁊ luxuria cõcordãtiã hñt ꝯ caſtitatẽ ⁊ tẽperãtiã. q꞉ gula facit hoĩes comedere ⁊ bibere: vt luxuria vti poſſint. idcirco ꝓpter placita luxurie eſt gula ꝯ tẽperãtiã ⁊ ꝯ caſtitatẽ: inquãtũ materiã luxurie diſponit per nimiũ comedere ⁊ bibere. Idem facit luxuria que diſponit gule materiam: vt per

illā poſſit eſſe cōtra caſtitatē ꝛ ꝯ̄ tēperan=
tiā. Et in h̄ paſſu pōt cognoſci: ꝙ q̄dā vi
tia ſunt cōcordātia cū alijs ꝯ̄ virtutes: et
quomō ꝯcordātia vitioꝝ accipit̃ in trūco
ſm naturā radicū. q̄ ſunt p̄marie diſſimi=
litudines virtutum.

¶ De gula ꝛ ſuperbia.

GUla ꝛ ſupbia cōcordātiā h̄nt cō
tra tēperātiā ꝛ h̄ūilitatē. qm̄ ho
mines q̄ ſunt ſupbi: multum dili
gunt comedere ꝛ bibere: inquātū nolunt
eſſe ſerui tēperātie. q̄ dat paſſiōēꝫ ſuitori=
bus illi⁹: vt h̄eant h̄ūilitatē. cū q̄ aſcēdere
p̄nt ad merita: q̄ vēiūt p illas paſſiōes. Et
gula hoīes facit ſupbos ꝯ̄ tēperātiā qm̄
nō vult ꝙ habeat aliquos ſubditos.

¶ De gula ꝛ accidia.

GUla ꝛ accidia concordātiā h̄nt ꝯ̄
tēperātiā ꝛ diligentiam. qm̄ gu=
la facit hoīes pigros per nimiuꝫ
comedere ꝛ bibere ꝛ ipſos facit obliuiſci
fines rerū neceſſariarū ad viuēdum. ꝛ iō
eſt cōtra ſemetipſam. ¶ Et accidia facit
obliuiſci fines entiū: vt hoīes ſint pigri in
ꝓcurādo cibaria: q̄ neceſſaria ſunt ad vi=
tā / ſm nās arboris vegetal'. Et etiā obli=
uiſci facit fines tēperantie. rōne quorum
temperantia eſt inſtrumentum ad ſanita
tem ꝛ vitam.

¶ De gula ꝛ inuidia.

GUla ꝛ inuidia concordantiam
habent contra tēperantiā ꝛ cha
ritatem: qꝛ gula eſt contra chari
tatem ꝓpriā ꝛ cōmunē. vt habeat q̄d co
medere. Jdcirco aufert diuitias pauperi=
bus. q̄s poſſidēt hoīes diuites. Et inuidia
eſt cōtra tēperātiā in hoc: ꝙ multiplicat
mām comedēdi ꝛ bibēdi ī deſiderādo il
lā. vt gula h̄eat q̄d cōedere ꝛ etiā bibere.

¶ De gula ꝛ ira.

GUla ꝛ ira h̄nt ꝯcordātiā contra
tēperantiā ꝛ abſtinentiam et di
ſcretionē. quia p gulā ſunt hoīes
inebriati: et etiā motui voluntatis cōſen
tiunt. ꝛ non habent deliberationē ad eli=
gendum diſcretionē ꝛ abſtinentiam: neqꝫ
ad vtendum prudentia. ¶ Et ira eſt con
tra tēperantiam ꝛ gulam: inquātū triſti=
tiā producit: ꝛ non permittit media tem
perata cōſiderare: ꝛ corpus ponit in peri
culo ꝛ cibaria. rōne cuius tēperātia ſubm
non habet: in quo diu ſtare poſſit. nec gu
la habet ſubm: in quo diu eſſe poſſit: quo=
niā cibaria deficiūt: ꝛ nō h̄ꝫ q̄d comedere
poſſit: ꝛ ſanitas p triſtitiā deficit ꝛ p mor
tē: nec habet appetitum ad comedēdum.

¶ De auaritia ꝛ luxuria.

AUaritia ꝛ luxuria h̄nt ꝯcordan
tiā cōtra caſtitatē ꝛ largitateꝫ.
qm̄ hoīes auari p ſuā auaritiā
retinēt illa: que dari deberēt: ꝛ iō ſunt cō=
tra largitatē. ꝛ qm̄ retinēt illa: ſunt cōtra
caſtitatē. qm̄ hoīes auari bona tēporalia
cōgregāt: vt poſſint vti luxuria ī pulchris
ꝛ malis feminis. que mag⁹ dona redrant
ſm cōparationē turpiū mulieꝝ: q̄ ſūt male.

¶ De auaritia ꝛ ſuperbia.

AUaritia ꝛ ſuperbia h̄nt ꝯcordā
tiā ꝯtra largitatē ꝛ h̄ūilitatem
qm̄ auaritia īquātū aggregat
p̄la bona tēporalia: mām p̄parat ſupbie
ſicut hoīes ſupbi qui diſpoſiti ſūt: ꝙ ſint
ſuperbi: qm̄ h̄nt plures diuitias. ¶ Et ſu=
perbia diſponit mām auari^e ꝙ ſit contra
largitatē: inquātū eſt diſpoſitio: ꝙ ſit per
magnas diuitias. Sicut hoīes q̄ ꝑpter h̄
qꝛ ſunt diuites ſunt ꝯtra largitatē. rōe cu
ius largitatis pauperes ſunt h̄ūiles. Et
idē eſt de diuitib⁹: qm̄ dant de bonis ſuis
pauperibus. ad quos h̄ūilitas ipſos diui
tes deſcendere facit: ꝛ aſcendere cōtra ſu=
perbiam ꝛ auaritiam. Jdcirco fuit q̄daꝫ
diues impeditus qui neſciebat: ſi filium
ſuum nutriret auaritie vel largitati.

¶ De auaritia ꝛ accidia.

AUaritia ꝛ accidia concordan=
tiam habent contra largitatē
ꝛ diligentiā. quoniaꝫ auaritia
eſt contra largitatem cum accidia: que eſt
contra diligentiam. Jdcirco auaritia eſt
contra ſemetipſam. Quare mercatores
auari aſcendere non poſſunt ad ita ma=
gnas diuitias ſicut largi: qui cum dili=
gentia habent concordātiā: ꝛ auari cum
pigritia. ꝛ accidia eſt ꝯ̄ largitateꝫ cū aua
ritia: inquātū cū illa h̄ꝫ concordātiam.

¶ De auaritia ꝛ inuidia.

AUaritia ꝛ inuidia contra largi
tatem et charitatem habent cō
cordātiam. quoniaꝫ inuidia eſt

contra charitatem.per quã eſt largitas.
Et auaritia eſt cõtra charitatẽ:inquãtuʒ
eſt contra largitatem:q̃ eſt inſtrumentuʒ
charitatis.

¶ De auaritia ⁊ ira.

Auaritia ⁊ ira ſunt contra largi
tatem ⁊ abſtinentiam. qm̃ aua
ritia inquãtum eſt cõtra largi-
tatẽ:materiam pꝛeparat hoĩbus auaris
ꝙ ſint irati:cũ eos perdere contingat eo
rum diuitias/aut cũ homo eis conſulit:
ꝙ ſint largi: et eos repꝛehendit de aua-
ritia. Que ſiquidem ira eſt contra largi-
tatem:inquãtũ auaritia eſt eius inſtrm̃.

¶ De luxuria ⁊ ſuperbia.

Luxuria ⁊ ſuperbia habent cõ-
coꝛdantiam cõtra caſtitatem ⁊
⁊ humilitatem.qm̃ inquãtum
luxuria eſt contra caſtitatem:eſt cõtra hu
militatem.que homines humiliat ad ſe
ſubijciendum caſtitati. Et inquãtum ſu-
perbia eſt contra hũilitatem:eſt contra
caſtitatem.ſub qua non vult ſubijci.imo
libera diligit eſſe in placitis luxurie.

¶ De luxuria ⁊ accidia.

Luxuria ⁊ accidia cõcoꝛdantiã
habent contra caſtitatem ⁊ di
ligentiaʒ.qm̃ inquãtũ luxuria
eſt cõtra caſtitatem: materiam accidie p̃-
parat:ꝙ homines ſint pigri ad acquiren
dum caſtitatem:⁊ ad reſiſtendum diligen
tie.Et q̃tũ accidia eſt contra diligentiã:
materiã pꝛepat luxurie: ꝙ hoĩes ſint pi-
gri ad acquirendũ caſtitatem.

¶ De luxuria ⁊ inuidia.

Luxuria ⁊ inuidia habent con
coꝛdantiam contra caſtitatem
⁊ charitatem.quia inuidia cõ-
cupiſcere facit pulchꝛas mulieres.ideir-
co materiam luxurie pꝛeparat contra ca-
ſtitatem.Et deſiderare facit diuitias:per
quas materiam luxurie pꝛeparat: inquã
tũ p̱ diuitias hoĩes habere pñt pulchꝛas
mulieres. Et inquãtũ luxuria eſt contra
caſtitatem materiaʒ inuidie pꝛeparat: ꝙ
ſit contra charitatem martini ⁊ ſue pul-
chꝛe vxoꝛis.quam luxuria deſiderare fa-
cit ⁊ inuidere. Hoc idem ẽ de luxuria:que
deſiderare facit diuitias martini.vt cum il
lis luxuriari poſſit petr᷒:q̃ ẽ inuidioſus.

¶ De luxuria ⁊ ira.

Luxuria ⁊ ira concoꝛdãtiã ha-
bent cõtra caſtitatem ⁊ abſtinẽ
tiã.quoniã luxuria inquãtum
eſt contra caſtitatẽ/voluntateʒ petri luxu
rioſi mouet ad iram: quãdo hẽc non po-
teſt mulierem:cuʒ q̃ luxuriari vult.Et ira
inquãtũ eſt cõtra abſtinentiã:eſt cã luxu
rie contra caſtitatem.quã caſtitatem pe-
trus luxurioſus habere non poteſt in de-
liberatione voluntatis rõe ſubitanei mo
tus:qui eſt contra caſtitatem.

¶ De ſuperbia ⁊ accidia.

Superbia ⁊ accidia hñt concoꝛdã
tiam contra humilitatem ⁊ dili
gentiã.Quoniã in hoc ꝙ ſuper-
bia eſt cõtra humilitatẽ:eſt ꝯ diligentiã.
que cũ humilitate acquirit᷑:⁊ inquãtum
accidia eſt ꝯ diligentiã:eſt cõtra humili-
tatem.que cũ diligentia acquiritur.

¶ De ſuperbia ⁊ inuidia.

Superbia ⁊ inuidia concoꝛdãtiã
habent contra humilitatẽ ⁊ cha
ritatem. Quoniam inquantum
ſuperbia eſt contra humilitatem:eſt con-
tra charitatem que cum humilitate ha-
bet concoꝛdãtiam . Et inquantum inui-
dia eſt contra charitatem:eſt contra hũi
litatẽ.que cũ charitate habet ꝯcoꝛdãtiã.

¶ De ſuperbia ⁊ ira.

Superbia ⁊ ira concoꝛdantiam
habent contra humilitatem et
abſtinentiã. Quoniã inquãtuʒ
ſuperbia eſt cõtra humilitatem: eſt con-
tra deliberationẽ abſtinẽtie.que ĩ humi-
li voluntate ⁊ patiẽte habet deliberatio
nem.Et idẽ eſt in humili intellectu ⁊ me
moꝛia.Et inquãtum ira eſt cõtra abſtinẽ
tiã: eſt contra humilitatem. que acquiri
tur cum abſtinẽtia contra irã.

¶ De accidia ⁊ inuidia.

Accidia ⁊ inuidia hñt cõcoꝛdã
tiã ꝯtra diligẽtiã ⁊ charitateʒ.
Qm̃ in hoc ꝙ accidia eſt ꝯ dili
gentiã:mãm inuidie pꝛepat.ꝙ pigritiaʒ
deſideret petrus piger ad lucrãduʒ diui-
tias martini.per quã pigritiã ꝯcupiſcit
illas diuitias:q̃s cuʒ laboꝛe lucrari non
vult.Et inquãtũ inuidia eſt ꝯtra charita
tem:eſt ꝯtra diligentiã lucrãdi diuitias.

¶ De accidia ⁊ ira.

ACcidia ⁊ ira concoꝛdantiā habēt cōtra diligētiā ⁊ abſtinentiā. Qm̄ inquātū accidia eſt ꝯ diligētiā: habet cōcoꝛdātiā cū ira ꝯ abſtinentiā. que ſine diligētia volūtatis ⁊ memoꝛie ⁊ intellectus haberi nō pōt. Et inquātū ira eſt ꝯ abſtinētiā: cōcoꝛdātiā hꝫ cū accidia: inquātū pigritie pꝛeparat materiā. q̄ cū pꝛiuatione diligētie habet cōcoꝛdātiā.

¶ De inuidia ⁊ ira.

INuidia ⁊ ira cōcoꝛdātiā hn̄t cōtra charitatē ⁊ abſtinētiā. Et inquātū inuidia eſt ꝯ charitatē: eſt cōtra abſtinētiā. Et inquātū ira eſt ꝯ abſtinentiā: eſt ꝯ charitatē. q̄ cū abſtinētia lucraꝶ. ¶ Dictū eſt de vitijs pꝛincipalibꝰ ⁊ alia cū alijs miſcuimꝰ. vt ꝑ quedā alia cognoſcanꝶ. Modo de aliq̄bus vitijs dicere ꝓponimꝰ. q̄ cōſequētia ſunt pꝛimoꝝ. Et pꝛimo dicendū eſt de iniuria.

¶ De vitijs cōſequētibus.

¶ Et pꝛimo de iniuria.

INiuria eſt vitiū qđ eſt ꝯ iuſtitiā ꝑ ſemetipſam. Et eſt cōtra iuſtitiā: inquātū cōcoꝛdātiā hꝫ cū vitijs: q̄ ſunt cōtra iuſtitiā: ſicut cū ſupbia. qm̄ ſuperbū eſt ꝯdicere iuſtitie: q̄ ita alta eſt ꝑ bonitatē magnitudinē foꝛtitudinē ⁊ ſapiam. ⁊ maxime cū ſupbia: q̄ in ſe nullā hꝫ bonitatē. imo oēs q̄ ſub ſuo habitu ſunt induti: infimos exiſtere facit. ¶ Indiſcretio eſt vitiū qđ eſt cōtra pꝛudentiā: inquātū eſt eiꝰ pꝛiuatio. Et eſt cōtra pꝛudentiā cū iuuamine pigritie ⁊ ire. qm̄ ꝑ pigritiā ſunt hoīes indiſcreti: inquantū nolūt inquirere veritatē rerū. Et ꝑ iram offuſcatꝰ eſt eoꝝ intellectꝰ in tenebꝛis exiſtens. idcirco ſunt hoīes idiote: q̄ habitu pꝛudētie vti neſciūt. ¶ Debilitas coꝛdis eſt cōtra foꝛtitudinē. ⁊ vt maioꝛ ſit cōtrarietas: eſt cōtra foꝛtitudinē cum deſperātia. vt hoīes nō ſint foꝛtes cū ſpe. q̄ aīos hoīm foꝛtificat. qui in ptāte dei ⁊ in ſua bonitate ⁊ in fidelitate ⁊ in veritate (in quibus ſunt) confidentiā habent. Et in hoc paſſu poteſt haberi cognitio: ꝙ vitium qđ per ſeipſum contra vnam virtutem nō poteſt: habet concoꝛdantiā cum alijs vitijs contra vnam virtutem. Idcirco hoīes virtuoſi quādo plura vitia ſunt contra vnā virtutē: cū illa virtute plures alias virtutes cōcoꝛdāt. vt cū illis ſint cōtra plura vitia. ¶ Intēperantia eſt id: quod eſt cōtra tēꝑantiam cū gula ⁊ cōtra foꝛtitudinē. quā debilitatē foꝛtificat gula cum pꝛimis naturis ſenſitiue imaginatiis cū placito ſentiēdi intantū: ꝙ foꝛtitudo deuinciꝶ ꝑ ſuū cōtrarium/ ⁊ per iuuamen: quod facit gula debilitati. Idcirco hoīes ſapientes moꝛtificāt imaginationes: q̄ iuuāt placita ſentiendi/ illa placita obliuiſcēdo/ ⁊ placita recolendo: que veniunt per virtutes in cōſideratiōibus hominū virtuoſoꝝ intātum: ꝙ gula iuuare nō poteſt debilitatē. imnio ꝑ foꝛtitudinē deuincitur. ¶ Infidelitas eſt id: qđ eſt cōtra fidem cū falſis ſimilitudinibꝰ. que vere videnꝶ ſm̄ curſum naturalē/ et cū pꝛiuatiōe recolēdi: que nō recolit opa: que deus facit ſupꝛa curſum naturalē. vt ſua magna poteſtas meliꝰ recoli intelligi ⁊ amari poſſit/ ⁊ ꝙ hoīes in illo habere poſſint maioꝛē ſpē. Idcirco hoīes ſapiētes cū ſunt tentati cōtra huius infidelitatem: recolūt illa: que deus fecit/ ⁊ facit ſupꝛa curſum nature. ſicut creare mūdum ⁊ pꝛimū hominē et miracula que fecit/ ⁊ faciat. vt fidem foꝛtificēt. ⁊ etiam cōſiderāt: ꝙ deus plus habet facere q̄ꝫ intellectus eoꝛū intelligere. ¶ Deſperātia eſt id: qđ eſt cōtra ſpem. cōtra quā eſt cum memoꝛia in recolēdo magnitudinē peccati et ⁊ magnitudinē iuſtitie/ ⁊ obliuiſcēdo magnitudinē miſericoꝛdie ⁊ pietatis. Idcirco homines ſapientes cū cadūt in tali cōtrarietate: recolunt equalitatē iuſtitie et miſericoꝛdie dei. Idcirco ſunt in ſpe cōtra deſperantiā ⁊ cum timoꝛe iuſtitie dei: cū quo timoꝛe et honoꝛē faciūt cum humilitate ⁊ cū cōtritiōe ⁊ ſatiſfactiōe. Idcirco iuſtitia iuuat ſpem cōtra deſperantiā/ ⁊ cū mīa hꝫ cōcoꝛdātiam. ¶ Crudelitas eſt id: qđ eſt cōtra charitatem cū auaritia ⁊ ſupbia intantū: ꝙ charitas nō poteſt ſe tueri cōtra ſuū cōtrariū: quouſq; ſe iuuet cū cōtrarijs cōtrarioꝝ. cū qbꝰ ſe iuuat crudelitas. q̄ ſunt hūilitas: que eſt cōtra ſupbiā: ⁊ largitas: q̄ eſt cōtra auaritiā. Et q2 charitas hūilitas ⁊ largitas cōcoꝛdantiā habent cū eſſe/ ⁊ ſupbia crude=

ſimilitudo forme illius. Et hec ſimilitudo quantitatis que eſt per habitū luxurie: venit de potētia in actum per agens. q̄ ipā; trahit de diſpoſitiōe materie (in qua ſtat in potētia) per agens naturale ⁊ per ſua; naturam. Sicut clauus q̄ eſt in potentia in maſſa ferri per diſpoſitionē ferri ⁊ per potentiā fabri. qui ex maſſa trahit figuram claui: qui eſt quantus. Tamē in tantū eſt differentia: qm̄ figura claui eſt creatura: inquantū poſita eſt in diſpoſitione ferri. ⁊ nō eſt creatura: inquantū eſt poſita per agens artificiale. Quātitas luxurie nō eſt creatura in potētia hominis luxurioſi ⁊ motus carnalis extenſus ⁊ indutus de habitu luxurie. Per imaginatiuā ſenſitiuā vegetatiuā ⁊ p̄ elemētatiuā potentiā eſt naturalis / ⁊ eſt creatura ei⁹ quātitas. Et in hoc paſſu poteſt cognitio haberi q̄ quātitas luxurie eſt ex parte rōnalis / ⁊ non ex parte ſubiecti corporalis. Et ideo animalia bruta luxuriam non habent. quia ratione carent.

¶ De qualitate vitij.

Auaritia petri qualis eſt p̄ malitiam / ⁊ eſt qualis p̄ magnitudinem. ⁊ ſic de alijs formis. Et q̄litas eſt ſimilitudo et impreſſio habitus auaritie. de quo habitu eſt induta ei⁹ voluntas: que illū multiplicat. Sicut interius qui multiplicat ſpeciem fantaſtica; ſub ſpecie qualitatis inquantum obiectū quale intelligit. ⁊ ide; facit memoria. Et ſic habitus auaritie eſt ſuſtentatus p̄ qualitatem actuū omniū triū potētiaꝝ q̄ mouent imaginatiuam ad imaginandū res motas ad eſſendum ſubiecta auaritie.

¶ De relatione vitij.

Relatio vitij eſt: ſicut ſi eſt gula: oportet q̄ ſit guloſus. ſine quo gula eſſe non poſſet. ⁊ econuerſo. Et eſt etiam relatio in branchis hui⁹ arboris. ſm̄ q̄ eſt ſignificatu; in ramis. Sicut voluntas qui comedere deſiderat contra temperantiam. in quo deſiderio ē relatio inter potentia; que deſiderat: ⁊ rem deſideratam. Et hec relatio eſt habitus de gula indutus. que expoliat voluntatē habitus temperantie: inquantum trahit relationē: de qua temperantia eſt veſtita.

¶ De actione ⁊ paſſione vitij.

In vitio ſunt actio ⁊ paſſio. ſicut in ira: qm̄ volūtas eſt potētia actiua: q̄ mouet elemētatiuā ad calorem q̄ calefaciat cū imaginatiua vegetatiuā ⁊ ſenſitiuam. intantū q̄ homo irat⁹ paſſionem ſentit per ſenſitiuā. ⁊ volūtas triſtitia; habet per paſſionem. Et in hoc paſſu cognoſcitur: q̄ voluntas materiam habet propriā ⁊ naturalē ſubſtātialē ſue forme eēntiali. que ipſam mouet ad triſtitiam ⁊ paſſionem cū vegetatiua ſenſitiua imaginatiua ⁊ elemētatiua. que ſunt ei inſtrumēta ad illū motū actiōis ⁊ paſſiōis. qm̄ cū illa ſunt coniūcta. Idcirco cognoſci poteſt: q̄ voluntas irata ⁊ triſtis: inquātum forma habet in potētia q̄ trahat de ſua materia diſpoſita ad peccatum habitum ire. q̄ induit actu; ire: que exit de materia voluntatis. in qua actus erat diſpoſitus: priuſq̄ ab ipſa exiret.

¶ De habitu vitij.

Habitus vitij eſt ſicut ſuperbia et accidia et cetera vitia. Qui ſiquidem habitus eſt forma accidentalis et diſſimilitudo habitus virtutis. Sicut ſuperbia que eſt diſſimilitudo hītus vtutiſ hūilitatis: ⁊ infidelitas q̄ eſt diſſimilitudo habitus fidei. Et habitus ſuperbie exit in actu per formam voluntatis. que vult exaltare vilia ſupra nobilia contra iuſtitiā et charitate; / ⁊ per materiam: inquātum illa exaltatio eſt amabilis cōtra iuſtitiā ⁊ charitatē. Et in hoc paſſu cognoſcitur: q̄ habitus ſuperbus venit de iniuſta amatiuitate et amabilitate: que naſcuntur in habitu ſuperbie de reali amatiuitate ⁊ amabilitate. Sicut ſimilitudines oculorū naſi oris ⁊ aliaꝝ partiū faciei in ſpeculo diſpoſito ad recipiendum illas ſimilitudines: quas imprimūt in illo reales partes faciei. ſicut ſigillum qđ imprimit litteras ſuas in cera q̄ ſunt ſimilitudīes in cera litterarū: que ſunt in ſigillo. Et in hoc paſſu cognoſcitur: q̄ſi oentia realia multiplicāt ſuas ſīlitudines in alijs ſubſtantijs: q̄ nō ſunt de eoꝝ eēntia. ſicut in cera: q̄ nō eſt de eēntia ſigilli. Multiplicāt ḡ iniuſta amatiuitas ⁊ amabilitas (que ſunt partes reales volunta-

tis) earum ſimilitudines in diſſimilitudines iuſtitie que iraſcuntur ⁊ exiſtunt in iniuria indute de ſuperbia. Quia voluntas vult ꝙ entia nobilia ſint ſubdita vilibus ſiue minus nobilibus.

¶ De ſitu vitij.

Sicut ſitus eſt ratio: ꝙ vna ſitudo ſit aſſituata in alia ſub habitu virtutis: ſic eſt ratio ꝙ vna ſimilitudo ſit aſſituata in alia ſub habitu vitij. Sicut ī habitu accidie: in quo volūtas eſt pigra ad faciendū bonū / ⁊ deſiderat mala. cui deſiderio eſt ſolicita. Et ſic ſua operatio aſſituata eſt de pigritia ꝯtra bonitatē / ⁊ de diligentia in tractādo malum. Et idē eſt de intellectu ⁊ memoria. q̄ in habitu accidie ſuas habēt operatiōes aſſituatas de diſſimilitudinibus bonitatis magnitudinis ⁊ aliaꝝ. Et ī hoc paſſu cognoſcitur: quomō habitꝰ vitij aſſituatus eſt in vitioſa aſſituatione: que ex habitu vitioſo eſt induta / vno vitio exeunte in alio. ſ3 habitu vitioſo in vitioſa aſſituatione / ⁊ vitioſa aſſituatio in hītu vitioſo. Et ī hoc paſſu poteſt haberi cognitio de magna philoſophia morali.

¶ De tempore vitij.

Tempus inquātū eſt ens reale: nō eſt ſub habitu vitioſo. ſ3 inquantū ſunt in illo habitus vitioſi: ſignificant ſimilitudines temporis. Sicut in vno tempore petrus inuidioſus deſiderare poteſt mulierem ſui vicini / et in alio tempore ſuam vineam / ⁊ in alio tēpore ſuum equum. et ſic tempus eſt ſubiectum habitui inuidie generale ad plura particularia in diuerſis temporibus exiſtentia: nō ꝙ tempus ſit vniuerſum in ſe. ſed eſt ſubiectum dipoſitū ad diuerſa opera. q̄ petrus in vno tēpore operari nō poteſt. Sicut vegetatiua que in vno eodem tempore complexionare non poteſt ſpēm vue ſiue racemi in complexione calida et ſicca / ⁊ frigida ⁊ ſicca. Et in hoc paſſu habetur cognitio: ꝙ inuidia ⁊ ſic de ceteris habitibus peccati: nō ſunt de eēntia temporis. ſ3 tempus eſt inſtrumētum illorum inquantum poſſunt eſſe in alio ſuſtētati. q2 plura poſſunt eē in diuerſis tēporibꝰ.

¶ De loco vitij.

Vitium eſt in loco duobus modis. vnus eſt quando eſt in illis naturaliter. ſicut homo cōtractus cecus aut ſurdus ⁊ ſic de ceteris vitijs naturalibus: que non ſunt in habitu peccati ex parte anime ratiōalis. Aliꝰ modus eſt ex parte anime ratiōalis. ſicut habitus traditionis aut proditionis aut impatiētie. qui eſt in loco ſpirituali videlicet in voluntate impatienti / ⁊ que diligit traditionem. Et iſte locus non eſt corporalis: ſed eſt ſpiritualis ⁊ de habitu vitioſo indutus ⁊ in loco collocatus. videlicet in mala voluntate. mala: quia vult malum. ⁊ non bona: q2 nō vult bonum. ⁊ idē eſt de intellectu ⁊ memoria. Et quia iſte tres potentie ſunt loca: ī quibus ſunt habitus vitioſi / ⁊ ipſe ſunt in corpore cum anima coniuncto: q̄ ſiquidem anima eſt ex tribus potētijs ſpiritualibus: ſunt habitus vitioſi accidentaliter in loco corporali. videlicet in corpore humano: quod eſt habituatum de habitu vitioſo accidētaliter. quia eſt collocatum in anima in qua totum extenſum eſt. Et in hoc paſſu datur cognitio: quomō corpus peccat accidētaliter: inquātū de peccato eſt habituatū accidētaliter ꝑ habitus vitioſos in quibꝰ ſunt tres potētie anime. Et ideo eſt ſignificata reſurrectio. vt corpus petri qđ moritur in mortali pctō: habeat penā ꝓ eo: ꝙ ſtetit vel fuit inſtrumētū aīe ad peccādū cū illo ꝯiuncte. ¶ Sc̄dm ꝙ dedidimus exēplū de accidētibus vitioſis in vitijs moralibus ādictis: haberi pōt cognitio de accidētibꝰ venialiū pctō2ū veluti quātitas vitioſa volūtatis. q.d. ſe mouet ad deſiderādū carnales delectatiōes ⁊ in ꝑncipio reſiſtit illi appetitui intātū3 ꝙ quātitas nō extēditur in medio / neqꝫ venit in ſucceſſione. ꝙ ad finem veniat. ⁊ eſt ſicut punctus q̄ diſpoſitus eſt ꝙ ex illo ⁊ ex alio fiat linea. ⁊ qū ei deficit alius pūctꝰ: nō exit ī actu linea. ſimilimō ꝑncipiū appetitꝰ carnalis fuit ſub habitu luxurie ꝑncipiatū. ⁊ q2 ſe non extēdit ⁊ rō ⁊ caſtitas extēſionē ⁊ ſc̄dm punctū ipediuerunt ad quā punctū rō noluit ꝯſentire / ⁊ odit ꝑncipiū ꝑmi pūcti. qui fuit peccatū veniale ī pnº tātūmō ſuſtētatū / ⁊ ī vno pūcto: q̄

ſuit deſtructus p aliud pncipiū ei ɔtrariū
et in hītu caſtitatis natū/ꝛ cū plibus pū-
ctis extenſis p mediū a pn° vſqȝ ad fineȝ.
Et in hoc paſſu daṫ cognitio: quod ē pec
catum veniale. ex quo de malo exit bonū:
non tamen exiſtens de eſſentia mali. nec
ecōuerſo malum de eſſentia boni.

¶ De floribus vitiorū.

FLores vitiorum ſunt culpe: que
ſunt habitus peccati. Sicut vo-
luntas q̄ peccat: inquātū vult eē
ſub habitu gule aut auaritie aut luxurie.
ꝛ ſic de aliis peccatis. Et flores ſunt culpe
inquantū volūtas culpā habet quādo ſe
induit de habitib⁹ vitioſis: ex quo ſe idue
re poteſt de habitib⁹ virtutis. Unū ſicut ex
calefacere ſequiṫ calefactum: ſic per culpā
ſiue cuȝ culpa ſequiṫ peccatū qđ eſt fruct⁹
malus. q̄ eſt priuatio boni fructus. Idcir-
co peccare eſt flos malus: q̄ eſt opus pctī.
ſicut calefacere qđ eſt opus calefacientis
ꝛ calefactibilis: inquantū potentia acti-
ua que eſt forma ignis caloreȝ mouet. qui
per formam eſt actiuus. et inquātū eſt ca-
lor mot⁹ eſt forma paſſiua a materia mo-
ta per actiuā. ſimilimodo ī peccare eſt ho
mo agens qui volūtatē mouet ad peccan-
dū. Et idem eſt de intellectu ꝛ memoria ꝛ
forma volūtatis que eſt amatiuitas. q̄ ſuā
materiā que eſt amabilitas mouet ad pec
candū. Et ita peccare eſt flos agētis ꝛ pa-
tientis a quo flore naſciṫ ꝛ exit peccatum
in voluntate ſuſtētatū ꝛ in plurib⁹ habiti
bus extenſum. ex q̄bus voluntas eſt indu
ta. vȝ ſuum amare quod eſt indutū ex plu
ribus modis peccandi.

¶ De fructu vitiorum.

FRuctus peccati eſt duobus
modis. Unus eſt ɔſequentia
culpe. vȝ pena quam iuſtitia
dei facit. qui punit homines
peccatores eis dando penaȝ
malā contra bonitatē/ꝛ magnam contra
magnitudinē realem / et durabilem con-
tra durationem realem. ꝛ ſic de aliis for-
mis realibus: de quibus homo conſtitu-
tus eſt. contra quas dat penas in contra-
rietate formarum realium et accidenta-
lium: ſm ꝙ peccata ſunt magna aut par-
ua/et diuerſa. ſicut propter peccatum cor-
porale dat penā corporalē: ꝛ ꝑpter ſpiri-
tuale peccatū penā dat ſpirituale. Sicut
ꝑpter peccatum luxurie dat caloreȝ ignis
ꝛ priuationē finis volūtatis. ꝛ ꝑpter pec
catum gule: q̄ diligit ſapida ꝛ ſaporoſa:
dat inſapida ī arbore vegetali ꝛ ſenſuali ꝛ
in imaginatione: que imaginaṫ magnaȝ
quātitatē pene. ꝛ in rōnali: que illā penā
intelligit eſſe eternā. ꝛ intelligit: ꝙ per
didit eternaliṫ finē ꝑpter quē fuit crea-
tus. q̄ ſiquidem finis eſt vacuus ſui prin-
cipiiꝛ mediū q̄ naturaliter ſe habent ad il
lum finē: quē intellectus perdidit. ꝛ ideȝ
de memoria ꝛ voluntate. Et in hoc paſſu
datur cognitio: quomodo pena ſpiritual
eſt magna ꝛ maior q̄ corporalis. ¶ Se-
cundus modus fructus eſt magis princi-
palis q̄ primus. Et eſt bonum: ꝙ pena ſe
quatur propter peccatum. que eſt inſtru-
mentum: cum quo deus punit peccatores
ꝛ peccata illorum. ꝛ pene q̄s habent ſunt
inſtrumēta: p que merita iuſtorū melius
cognoſcātur: ꝛ gloria quā deus eis corpo
raliter ꝛ ſpūaliter largitur. Quare ſicut
peccatuȝ veniale eſt aliqualis preparatio
per quā ſe mouet hō iuſtus ad vtendum
virtute per excitationem: quam facit pec
catum veniale. quod virtutē excitat a ſuo
cōtrario. ſicut aqua in furno: que excitat
carbones ad maiorem calorē. ſic pena pec
catorum ꝛ eoruȝ culpa eſt aliqualis diſpo
ſitio ꝛ exemplar ad excitandum intelle-
ctum iuſti ad cognoſcendum melius gra-
tiam dei miſericordiam iuſtitiam ꝛ ſuam
gloriam: quam a deo accipit. Uerunta-
mē non dicimus ꝙ deus ſit occaſio pec-
cati. ſicut nec iniuria hominis iniurioſi:
que non eſt occaſio bone iuſtitie princi-
pis. ꝙ ſi eſſet: ſequeretur ꝙ vnum contra-
rium eſſet occaſio ſui contrarii. quod eſt
impoſſibile. ¶ Diximus de arbore mora
li. ꝛ illam ſcire eſt multum vtile. ꝛ in illis
qui predicant: eſt multum bona ſequēdo
ſuum proceſſum. et eſt bona illis: qui au
diunt eorum ſermones. quoniā ſm diſpo
ſitionem arboris datur cognitio de mo-
ralitatibus. vicȝ quid ſunt: ꝛ vnde venerūt:
ꝛ in quo ſtant: ꝛ quomodo virtutes habe
ri poſſunt ꝛ multiplicari: ꝛ quomodo vi-
tia poſſunt deſtrui.

¶ De arboꝛe imperiali. Summariū.

ARboꝛ iperialis vſaᷓt circa regimen reipublice. Et diuidᷓt in.vij.ptes vt alie arboꝛes. videlicet in radices/ trūcū/ bꝛanchas/ramos/folia flores/ꝛ fructus.

¶ Radices ſunt pnᵃ gñalia huius artis.

¶ Trūcus eſt cōe regimen ſiue impatoꝛ.

¶ Bꝛanche ſunt barones ꝛ officiales ꝛc̃.

¶ Rami ſunt vtutes: q̄ debēt eē in pꝛincipe.

¶ Folia ſunt accidentia ꝛc̃.

¶ Floꝛes ſunt iudiᵃ pꝛincipis ꝛ ſuoꝝ officialiū.

¶ Fructus eſt pax gentium.



¶ De arbore imperiali.

ARbor iſta in ſeptem partes eſt diuiſa. vi3 in radices/truncum/ branchas/ ramos/ folia/ flores/⁊ fructu3. Item in duas partes diuidit. Prima pars cõcordat cũ prima parte arboris moralis. ⁊ eſt ſiĺitudo ⁊ impreſſio illiꝰ partis: ſicut littere que ſunt in cera: ſunt ſiĺitudines lŕarũ q̃ ſunt in ſigillo. Idcirco ĩ hac parte radic  pŕe partis arboris moralis rñdere debent primis radicibꝰ iſtiꝰ arboris ⁊ trũcꝰ trunco. ⁊ ħ ꝑ ordinẽ vſq3 ad fructũ. Et de hac ṗma ꝑte huiꝰ arboris loq̄ intẽdimus et exẽpla dare. ⁊ ꝑ illã intelligi p̃t ſecũda pars q̃ eſt: vt cũ prima parte huiꝰ arboris ſit imperator ſiue p̃nceps ꝯrius ſcđe parti huiꝰ arborĩ moralis. Et de hac ſcđa ꝑte huiꝰ arboris nõ o3 dare exempla. qm̃ per hoc qđ de prima ꝑte dicemꝰ/⁊ ꝑ ea q̃ diximus de ſcđa ꝑte arboris moralis: p̃ot hr̃i de ipſa cognitio et modus ad regendum in pace ⁊ populum et regnum.

¶ De radicibus arboris imperialis.

RAdices arboris ĩperialis ſunt bonitates: magnitudines: duratiões: ꝑtãtes: ſapie: voluntates: ꝟtutes: ꝟitates: delectatiões: concordãtie: pꝛĩcipia: media: fines: maioritates: eq̃litates: ⁊ minoritates. q̃ cõcordãt ĩ vna cõitate vniꝰ bonitatis/vniꝰ magnitudinis/vniꝰ durationis/ vniꝰ ꝑtãtis. ⁊ ſic per ordinẽ vſq3 ad minoritatẽ. Que ſiq̄dẽ bonitas ſit vnius ꝑſone cõis. et idẽ de magnitudine ⁊ ceteris. illa ꝑſona vocata ħ noĩe: qđ eſt imperator vel pꝛĩceps. ¶ Bonitas petri ⁊ bonitas martini. ⁊. g. ⁊ ſic de aliĳs ſe tradũt habitui bonitatis p̃ncipis aut ĩperatoris. vt ipãs tali mõ regat: q̃ bonitates extra accñtales cõcordãtiã habeãt cũ bonitatibꝰ: q̃ ſunt intra nãles ⁊ corꝑales. Et idem eſt de magnitudine petri martini: ⁊ ſic de aliĳs. Idcirco imperator ⁊ p̃nceps eſt imago dei ĩ terra ad regẽdũ bonitates morales reru3 corꝑaliũ ppĺi/⁊ magnitudines ⁊ durationes ⁊ alias q̃ ad ſuũ ppĺm ſpectãt. Et in ħ paſſu daŕ cognitio de honore: q̃ principi cõuenit/⁊ de magno merito qđ expectat ſi ſit bonꝰ: ⁊ de ſeruitute: in q̃ deꝰ ipſu3 poſuit ad regendũ cũ vna ſua bonitate pl'es bonitates: ⁊ cũ vna magnitudine plures magnitudines: ⁊ cũ vna poteſtate plures poteſtates: ⁊ cum vna voluntate plures voluntates. Sicut vnus paſtor eſt obligatꝰ ad regendũ plures oues: pꝛĩceps obligatus eſt cũ ſua bonitate ad regẽdu3 plures bonitates. ⁊ ꝓpter hoc ſua bonitas eſt in ſeruitute: ratione cuius debet eẽ humilis cõtra ſuperbiã. Et q2 ſua bonitas principalis ⁊ cõis eſt de pluribꝰ bonitatibꝰ particularibꝰ: gñalis eſt ſua bonitas libera. rõne cuius libertatis ⁊ gñalitatis ſe cuſtodire debet ne declinet de bono ad malu3: et ne cõcordãtiã habeat cũ ſecũda parte arboris moralis. Et ſi declinet ad malu3: et cũ ſecũda parte arborĩ moralis habeat cõcordantiã: cadit de pl'ibus gradibꝰ ſuperioribꝰ ad plures gradus inferiores: et iniuriã facit ⁊ pctm̃ pluribꝰ bonitatibus ꝑticularibꝰ: q̃ ſuã bonitatẽ elegerũt. quã princeps in vitiũ ⁊ malitiã ꝑuertit. Cuiꝰ vitiũ ita eſt ſupra bonitates particulares ſui ppĺi: ſicut vitiũ qđ eſt ſupra ꝟtutẽ. Et in hoc paſſu haberi p̃ot cognitio: quomõ defectꝰ principis mali eſt magnꝰ ⁊ grauis et quãtũ eſt materia magna ⁊ grauis mali exẽpli ⁊ occaſio iuſtitie dei: q̄ puniat eũ in ꝑpetuis tormẽtis. ¶ Vitiũ ita magnã cõcordãtiã h3 cũ paruitate ⁊ minoritate q̄ ſibi nulla entitas realis ꝯuenit. vt in totũ cõcordãtiã hẽat cũ nõ eẽ. ⁊ q̄ eiꝰ ꝯriũ: quod eſt ꝟtus: hẽat ꝯcordantiã cũ magnitudine ⁊ cũ eſſe. Et in ħ paſſu cognoſcit: quomõ defectus principis ſiue delictũ eſt magnus ⁊ grauis. intantũ q̄ eius vitium nullã h3 entitatẽ realẽ nec ꝯcordantiã cũ aliqua realitate. Et cũ paruitate ⁊ minoritate h3 ita magnã cõcordantiã: q̄ oĩbꝰ modis ꝯcordat cũ priuatiõe ⁊ nõ eẽ. ⁊ eſt ſupra tantas bonitates magnas ⁊ reales ⁊ ſupra tãtas duratiões bonas ⁊ magnas ⁊ reales. ⁊ facit duratiõem vitĳ eẽ/ ⁊ poteſtatẽ ſupra tot et tãtas poteſtates. Itẽ facit ſtultitiã ſiue ignorãtiã illius eẽ ſupra tot et tantas ſapientias ⁊ odibilitatẽ illius ſupra tot ⁊ tantas amabilitates. Et ſic

deviatio: quod eſt ſupra virtutē. ⁊ de falſita
te: q̄ eſt ſupra veritatē. ⁊ ſic de vacuitate: q̄
eſt ſupra fines. ⁊ ſic de alijs. Et hoc ē ſicut
ſi venenū eēt inſertū in tyriaca/ ⁊ tenebre
in luce ⁊ pena in quiete. Et ſic de ceteris
formis inſertis ī bonitatib⁹ illis ꝯtrarijs
de quib⁹ male forme attrahunt ⁊ puertūt
nām illarū bonitatū in malis moribus.
Unde cum hoc ita ſit. eſt magnū mirabi-
le ꝙ aliquis homo velit eſſe princeps. cuꝫ
in ita grauī caſu poſſit deuenire.

¶ De trunco arboris imperialis.

Truncus arboris imperialis
eſt ꝯfuſus. i. cōe regimē qḋ ſi-
gnificat cōem perſonā pncī-
pis. in q̄ ſiq̄dē cōi regimine
ſunt diſpoſita ⁊ in potētia p-
ticularia regimina hoīm exiſtētiū in caſtel-
lis villis ⁊ ciuitatib⁹. q̄ regimina veniunt
in actu p principē: ſi ſua vtat̄ gnāli boni-
tate/ſua gnāli magnitudine. ⁊ ſic de alijs
formis cōib⁹ multiplicatis ex radicib⁹ ar
boris. qm̄ ſicut faber gnālis ē cū ſuo mar-
tello gnāli ad trahēdū de maſſa ferri: que
gnālis eſt ad plures figuras pticulares: vꝫ
ad figurā cultelli gladij ⁊ claui. ſic pnceps
q̄ bonus eſt: trahit in actu cū ſuis formis
gnālib⁹ hoc qḋ diſpoſitū eſt ad regimen
trūci gnālis ⁊ materie oīm illorū regimi-
num pticulariū. Et qm̄ pnceps eſt malus:
eſt ei⁹ truncus cōis ad ducendū in actu va
cuitates finium bonaꝝ formarū. q̄ ei ſunt
ſupra: ſicut ille q̄ illos vacuos facit: inquā
tum ipos a fine deuiat: ppter quē ſunt. ſi
cut q̄ vacuaret a bonificatiuitate ⁊ bonifi
cabilitate bonificare: ⁊ a magnificatiuita
te ⁊ magnificabilitate magnificare. vt nō
ſit bonificatū ⁊ magnificatū. ⁊ ꝙ ipās im
pleret malificare ⁊ paruificare. vt ſit mali
ficatum ⁊ paruificatū. ¶ Bonuꝫ pnceps
qui eſt cōmunis truncus ad plures trun-
cos particulares: quādo fines formarum
implet qui ſunt ſub eo: implet ſuū finē de
finib⁹ formarū: q̄ ſunt ſub eo. ſicut qui im
pleret vnā bonitatē pluribus bonitatib⁹:
⁊ vnā magnitudinē plurib⁹ magnitudini
bus. Jdcirco hmōi pricipi ita pleno: plu-
res honores conueniunt et amores. Et ſi
princeps vacuet cum vna malitia plures
bonitates: et cū vna paruitate plures ma
gnitudines: vanitatē illius principis nul
lus cogitare vel dicere poſſet. Et in h̄ paſ
ſū datur cognitio: q̄ño bonus pnceps ob-
iectum eſt ad plēs amatiuitates. vt p mul
tos ſit amatus honoratus ⁊ laudatus. Et
q̄ño malus pnceps eſt obiectū pluriū odi
bilitatū: ⁊ q̄ño p ſuas gētes ſit odit⁹ male
dict⁹ inhonoratus ⁊ inobeditus.

¶ De brāchis arboris imperialis.

Branche arboris iperialis ſunt
decē. Prima eſt barones: ſicut
ſunt comites: duces: marchio-
nes: ⁊ vicecomites. Secūda eſt: ſicut ſunt
milites vnius ſcuti. Tertia eſt: ſicut ſunt
burgenſes. Quarta ē: ſicut ſunt cōſiliarij
ſiue cōſiliū. Quinta eſt: ſicut ſunt pcura-
tores. Sexta ē: ſicut ſunt iudices. Septi-
ma eſt: ſicut ſunt aduocati. Octaua eſt: ſi-
cut ſunt ſagiones ⁊ nūcij. Nona eſt: ſicut
eſt cōfeſſor diſcretus. Decia eſt: ſicut ſunt
inquiſitores. Omnes iſte branche debēt
eſſe habituate ⁊ indute primis branchis
arboris moralis.

¶ De baronibus.

Barones principi conueniūt
vt ipſum iuuent ad regnan-
dum ⁊ poſſidendum ſuā no-
bilitatē. quoniā in nobilita
te baronū cōſeruatur nobili-
tas principis. ſicut plura particularia q̄
ſuū vniuerſale conſeruāt. Jdcirco illi pn-
cipes malefaciunt: qui ſunt contra nobi-
litates ſuorū baronū. quoniā deſtruendo
eorum nobilitates: deſtruunt ſuas nobili
tates. Quoniam magis eſt nobile prin-
cipi: ꝙ ſub ſe habeat barones: q̄ꝫ ꝙ non
habeat. ſicut ſubſtantia que eſt genus ma
gis ſupra q̄ꝫ corpus. que quidem ſubſtan
tia tantū non eſſet ſupra: ſi corpus eēt ſpe
cies: ⁊ ꝙ non poſſet eſſe genus. ¶ Sunt
adhuc principi barones neceſſarij in bel
lo: vt plura vexilla habere poſſit pluribus
hominib⁹ ordinatis ſub quolibet vexillo:
et q̄lbet vexillo ordinato ſub vexillo ma-
iori principis. Quoniam ſi barones non
eſſent: non oporteret ꝙ in bello eſſet plus
vno vexillo: ⁊ princeps haberet ſatiſface-
re ordinationi ⁊ regimini ſuoꝝ militum
⁊ ſui populi. qḋ q̄dem regimen confuſum
eē oporteret. quoniā ſua ſapiētia ſufficere

non poſſet ad regẽdū tot particularia re-
gimina/⁊ poſſet in bello ꝑdere ſuã vtilita
tẽ ⁊ honorẽ. Sicut principi ſunt barones
neceſſarij: ſic princeps baronibus eſt ne-
ceſſari⁹. vt princeps eos iuuet et defendat
i ſuis neceſſitatib⁹. Quã qlꝫ baro fortior
eſt per ſuū pricipē ꝯtra aliū baronē: qui ei
vult iniuriari. Idcirco illi barones male-
faciūt: q̄ ſunt ꝯtra ſuū pricipē/⁊ q̄ q̄rūt ab
illo priuilegia ⁊ libertates: ꝑ q̄ ptātē ha-
beant ⁊ honorē ꝯtra ptātē ⁊ honorē prin
cipis. Et in h̄ paſſu cogſcit: ꝙ ſm ordina
tionē vnitatiſ ⁊ pl'alitatiſ: oporteret ꝙ eēt
vnus imperator tãtūmō in mūdo; ita ſu-
pra multos reges ⁊ pricipes: ſicut eſt vn⁹
papa ſupra multos ꝑlatos. Sed qr impe
rator nō eſt in illa ptāte: q̄ eſſe ſolebat: vꝫ
qñ īꝑatores romani regnabāt: deuētū eſt
ad eq̄litatē: q̄ ē īter ꝑncipē ⁊ ꝑncipē/⁊ vnā
ciuitatē ⁊ aliā. ⁊ imperiū eſt diuiſum i plu
res partes ⁊ in pl'es cōmunitates ciuita-
tū. Et iō ſunt guerre ⁊ labores in mūdo/⁊
nō eſt vl'is ptās in mūdo: q̄ iuuet ad mor-
tificãdū illos labores: qui ſunt ꝑ guerras
et malos hoīes. Et h̄ eſt: qr vtilitates ſpe-
ciales plus diliguntur ꝙ̄ publice.

### De militibus.

Milites ſunt neceſſarij ad regi-
men principis: qm̄ per equos
habent homines prerogatiuã
ꝙ ſint magis fortes ꝙ̄ alij: q̄ equos nō ha
bent. ⁊ ꝑ equos honores maiores eis de-
bent. ⁊ etiã ꝓpter honorē antiquit⁹ mili-
tie impoſitū. Idcirco q̄to milites pl⁹ ha-
bent de ptāte ⁊ honore: tantomagis ſunt
cōueniētes ſiue oportuni ad regimē prin-
cipis/⁊ tardi⁹ vituperiū facerēt ⁊ illicita.
Quã honor naturaliter hoīes facit eē ſu-
pra ⁊ vilitas inferius ſm moralitatem. et
ideo eſt honor gradat⁹ ita ꝙ melius ꝯue-
nit militib⁹ ꝙ̄ burgēſibus/⁊ burgēſib⁹ ꝙ̄
mercatorib⁹/⁊ mercatorib⁹ ꝙ̄ populo. in
quo null⁹ ē gradus ſuperior neq̄ inferior
inquãtum ppl'ares in artibus mechani-
cis ſunt neceſſarij caſtro ville et ciuitati.
Idcirco princeps ille malefacit: q̄ hono-
rem antiquū militie non obſeruat: inquã
tū aliquos milites facit: q̄ nō ſunt digni.
⁊ illi ſil'r q̄ ſiunt dedecus militie faciunt.

### De burgenſibus.

Burgēſes ſunt hoīes: q̄ regere de
bēt ciuitates/⁊ tenere ſiue ꝯſer
uare ſua ꝓuilegia. Idcirco bur
genſes excuſationē hñt: ꝙ alia officia nō
habeāt. vꝫ ꝙ nō ſint milites neq̄ merca-
tores/nec ꝙ vtant artib⁹ mechanicis. q̄
ſunt neceſſarij ꝑncipi: vt cuſtodes ſint cō-
ſuetudinū ciuitatis/⁊ ꝙ per illos ordinē-
tur mechanici. Et iō burgēſib⁹ aliq̄s ho-
nor debet: qui mercatorib⁹ nō debetur:
qr gñale habēt officiū. per quos honores
equos hr̄e debēt. ⁊ debēt eſſe diuites tali
modo: ꝙ de ſuis redditib⁹ viuere poſſint
⁊ eorum officium ſuſtinere.

### De conſilio.

Principi conuenit bonū conſi-
lium bonarum perſonarum. et
in ſuo conſilio debēt eſſe baro-
nes milites burgēſes mercatores ⁊ aliqui
hoīes: q̄ ſint de ppl'o. ⁊ etiã illuꝫ eſſe oꝫ: q̄
ſit ſuus ꝯfeſſor. Barōes ibi debēt eſſe: qm̄
ptes ſunt regiminis. ⁊ idē de militib⁹ bur
genſib⁹ ⁊ hoīb⁹ populi: q̄ ſciūt ſtatū ppl'i
⁊ ciuitatis. Et idē eſt de confeſſore princi-
pis. vt ꝑnceps ipſum timeat in ꝯſilio. ⁊ ꝙ
cōfeſſor ipſum reꝑhēdat: ſi ꝯ ſuū bonū cō
ſilium faciat. Sicut bōitas ppl'i ſe tradit
bōitati ꝑncipis/⁊ ptās ppl'i ptāti princi-
pis/⁊ idē de ſapiētia volūtate ⁊ ceterij for
mis: de quib⁹ i radicib⁹ huius arboris di
ctum eſt: ita princeps ſe tradit ſuo cōſilio
⁊ ei tradit bonitatē gñalem ⁊ ceteras for
mas. q̄ ſibi a ſuo ppl'o ſunt cōmiſſe. Et iō
eſt multū ꝑncipi neceſſariū hr̄e ꝑ bonita-
tē bonū ꝯſiliū. ⁊ ꝑ magnitudinē magnū.
⁊ ꝑ durationē durabile. ⁊ ꝑ ptātē potēs.
⁊ per ſapiētiã ſapiēs. ⁊ ꝑ charitatē chari
tatiuū. ⁊ per virtutē virtuoſum. ⁊ ꝑ ꝟitatē
verū. ⁊ ꝑ finē cōpletū. Et hmōi ꝯſiliū fa-
cit bonū ꝑncipē ꝑ bonū regimē. Et ꝯ̄uꝫ
facit malos ꝑncipes ⁊ mala regimina. Et
iō ꝑnceps ſepius ꝑdit ſuū ꝑncipatū/⁊ ſui
ſtãt in ira ⁊ triſtitia ⁊ in periculo ꝑdendi
aliū ꝑncipatū eiiternalē. Quare illi prin
cipes malefaciūt q̄ de ſuo ꝯſilio hoīes no
biles eiiciūt ſapiētes ⁊ potētes ⁊ ꝟtuoſos
⁊ ſe ſubmittūt vili cōſilio puo ⁊ vacuo for
mis: de qb⁹ dictū ē. Nā ſicq̄dē vile ꝯſiliū ē
infirmitas regni ⁊ tenebre ill⁹ ⁊ mala fa
ma ꝑncipis ⁊ labor populi ita tribulati:

ſicut oues q̄ tribulant̄ ꝑ lupos: qn̄ paſtorē non habēt.

¶ De procuratoribus.

Principi procuratores ſunt neceſſarij. ſicut ſunt balliui vicarij ⁊ caſtellani. q̄ eius redditus cōgregāt ⁊ alij ꝓcuratores ſiles iſtis quos ꝓcuratores p̄nceps hr̄e dꝫ: q̄ ſint induti habitib⁹ v̄tutū ꝯtra vitia. Q̄m ꝑ malos ꝓcuratores p̄ncipes ſuas terras ꝑdūt, et ſuos denarios / ⁊ ſuū officiū eſt ꝯfuſum in illis. Et iō malefaciūt illi hoīes: q̄ volunt eſſe ꝓcuratores magis ꝓpter eoꝝ vtilitatem q̄ꝫ propter vtilitatē pr̄ncipis. qm̄ ſunt ꝯ publicā vtilitatē. Et p̄nceps malefacit qn̄ facit illos ꝓcuratores: q̄ illū q̄runt de officio. ſicut papa malefaceret ſi ꝯſentiret ꝙ aliquis eligeret̄ in prelatū vel ꝑſonam publicā: ſi quereret illud vel hm̄ōi officiū vel faceret ſymoniā: vt hm̄ōi officiū habere poſſet.

¶ De iudicibus

Iudices ſunt neceſſarij p̄ncipi ad faciēdū iudicia. Qui ſiquidē iudices ſapientes eſſe debēt. ⁊ ſalarium a p̄ncipe recipe debēt. vt libertatem maiorē habeāt ad dādū verū iudiciū per v̄itatē ⁊ bonū per bonitateꝫ ⁊ virtuoſum ꝑ virtutē. ⁊ ſic de alijs formis. Quā libertatē ita bn̄ hr̄e nō poſſunt ſi ab alijs ſalariū accipiant. Et ideo malefaciunt principes qui ſuſtinent ꝙ iudices accipiant aliquod ſalariū ab alijs. ſꝫ ꝙ ipſi eis largiātur tātū: ꝙ ipſi iudices poſſint viuere honorabiliter: ſm̄ ꝙ officio ꝯuenit. Q̄m ſicut princeps deū in terra ſignificat tenēdo hoīes in pace: ita iudex in ſuo iudicio p̄ncipē ſignificat. qꝛ honor iudicis eſt honor principis. ⁊ vilitas iudicis eſt dedec⁹ et mala fama pr̄cipis.

¶ De aduocatis.

Aduocati ſunt principi neceſſarij: qui ſint boni fideles ⁊ ſapiētes: ⁊ ꝙ in qualibet ciuitate aduocatos habeat: ⁊ ꝑ principē cōductos. ⁊ ꝙ ꝓhibeatur eis ne ſalariū a gentibus accipiāt. vt ſint magis fideles. ⁊ ꝙ lites nō ꝓrogēt: nec ꝙ faciāt litigātes expēdere: ⁊ hm̄ōi aduocati ſunt principi valde neceſſarij. idcirco malefaciunt principes: q̄ huiuſmodi aduocatos nō hn̄t. Sed ad h̄ reſpondit monach⁹ ⁊ dixit: ꝙ nimis principi ꝯſtarēt illi aduocati. Cui reſpondit Ray. ꝙ princeps tenetur tales hr̄e. quia omnia que ad bonū iudiciū ſpectāt: ſunt inſtrumēta principis. q̄ eſt iudex gn̄alis. ſicut martellus forfices ⁊ incus ſpectant ad fabrū: vt bn̄ clauū faciat: ⁊ q̄ꝺ clauū cito faciat vel ſequatur finis in illo tempore: quod ſibi conuenit.

¶ De ſagionibus ſiue nuncijs.

Sagiones ſunt p̄ncipi neceſſarij vt per illos capiantur illi q̄ accuſati ſunt: ⁊ puniant̄: q̄ culpā hn̄t ⁊ ꝙ ſint nuncij ꝓcuratoꝝ ⁊ iudiciū. Qui ſiquidē ſagiones vel nuncij ſalariū a pr̄cipe tm̄ accipiāt. vt veraciores ſint ⁊ meliores in eoꝝ officio. Et in hoc paſſu cōſiderare pōt p̄nceps: ꝙ non decet ꝙ ſit ſuperbus: qm̄ q̄libet ſagio ſiue nūcius ſuaꝫ ſignificat ꝑſonā. cū ita ſit: ꝙ princeps ſit: vt puniat illos q̄ malefaciūt: ⁊ ſtatuit ſagiones: offm̄ quoꝝ nō ē de nobilib⁹ reb⁹.

¶ De inquiſitoribus.

Inquiſitores ſunt p̄ncipi neceſſarij q̄ inquirant: ſi iudices et procuratores aduocati ⁊ ſagiones aliqua fecerint ꝯ principē vel ꝯtra ſuas gentes. Et illi inquiſitores debēt eſſe boni et ſapiētes ⁊ diuites. ⁊ ꝙ ſint in tribus modis. vꝫ ꝙ ſint de maioribus mediocribus ⁊ de populo. vt meli⁹ ſcire poſſint veritatē. ⁊ ꝙ maiores inq̄ſitionē faciāt ꝑ ſe ip̄os de oībus. ⁊ idē eſt de mediocrib⁹ ⁊ minoribus. Et iſte modus eſt neceſſari⁹: vt iudices maiorē habeāt timorē ⁊ alij officiales p̄ncipis. Qui quidē p̄nceps punire debet ſuos officiales ſi ipſos īueniat in defectu vel in delicto. Q̄m princeps q̄ vni parcit officiali: plures facit iniurias ꝑlib⁹ hoībus. q̄ iniurie ſunt ꝯ ſuū officiū. de quib⁹ rōnem reddere deo ipſum opꝫ. q̄ nō ſemꝑ parcit ⁊ indulget.

¶ De confeſſore.

Principi eſt neceſſarius bon⁹ ⁊ diſcretus confeſſor q̄ ſit religioſus. vt ſit forti⁹ a mūdo elongatus: ⁊ ad illum hoīes veniāt: ſi p̄nceps in aliquib⁹ manifeſte facit ꝯtra iuſtitiā. qui quidē ꝯſciētiā dꝫ facere p̄ncipi ⁊ inquirere dꝫ: ſi p̄nceps aliq̄d iniuſte faciat cōtra ſuum populū. Quoniā ſicut princeps inquiſitores hr̄e debet ꝯtra ſuos officiales: ſic debet habere inquiſitorē ꝯtra ſeip̄m. ⁊

talis inquiſitoꝛ eſt valde principi neceſſarius ⁊ ſuis gentibus.

¶ De ramis arboꝛis imperialis.

Rami arboꝛis imperialis ſignificantur in ramis arboꝛ: ⁊ maxime in ramis pͥe partis arboꝛis moꝛalis q̄s hr̄e debent ꝯ ramos q̄ ſunt in ſecunda parte illius arboꝛis. Et etiā ad pͥncipē ſpectat hr̄e inter alia. vij. ramos. vȝ iuſtitia/amoꝛē/timoꝛē/ſapiētiā/ ptātem/ honoꝛē/⁊ libertateȝ. Qm̄ ſine illis ramis princeps hr̄e nō pōt bonos floꝛes nec bona folia/nec de ipo fruct⁹ bon⁹ colligi pt̄.

¶ De iuſtitia principis.

Iuſtitia eſt ram⁹ gn̄alis in principe ad plures bōas iuſtitias ⁊ magnas durabiles ⁊ potentes. Et iō opȝ: ꝙ iuſtitia pͥcipis ſit bona ⁊ magna ⁊ potēs. Et eius bōitas ⁊ magnitudo ſignificant in branchis arboꝛis moꝛalis. Que ſiquidē ſignificatio eſt principi neceſſaria ad ſciēdū: quomō ſe habeat ſua iuſtitia cū prudētia foꝛtitudine ⁊ alijs virtutibus. Et ſicut iuſtitia eſt ram⁹: quē pͥncipē hr̄e opȝ: inquātū eſt gn̄alis: ita opȝ ꝙ ſit ramus in ſuis ſubditis. vt cōcoꝛdantia ſit inter iuſtitiam generalē ⁊ iuſtitias particulares.

¶ De amoꝛe pͥncipis.

Amoꝛ eſt ram⁹: q̄ ꝯuenit principi ⁊ ſuis ſubditis. De quo amoꝛe pōt haberi cognitio ſm̄ tractatum de charitate in arboꝛe moꝛali. Et amoꝛ ꝯuenit pͥncipi: vt ſuū ppl'm diligat: ⁊ ꝙ ſit a ſuo ppl'o dilect⁹. qm̄ amoꝛ ⁊ amatus hn̄t ꝯcoꝛdātiā. Idcirco princeps ſuū populū nutrire dȝ foꝛtius ad amādum ꝙ̄ ad timēdū. cū ita ſit: ꝙ amare ſit nobili⁹ ꝙ̄ timere. qꝛ plura ſuſtinet hō ꝑ amoꝛeȝ: q̄ ꝑ timoꝛeȝ nō ſuſtineret. Idcirco illi principes maleſaciūt: q̄ vim nō faciūt: an ſint amati vel non ſint amati. ſed volūt: ꝙ homines ipſos timeāt. Qui ſiquideȝ timoꝛ bonus eſſe non poteſt ſine amoꝛe: nec diu durare poteſt. cū ita ſit: ꝙ timoꝛ ſine amoꝛe magnā dat paſſionē animus hominū. Que ſiquidē paſſio facit ꝯſiderare plura contra principem de quibus odium nutrit contra amoꝛē: ⁊ iniuriā ꝯtra iuſtitiā: ⁊ traditionem contra fidelitatem. ⁊ ſic de alijs: q̄ veniunt ꝑ timoꝛem ſine amoꝛe. Et nutrimētum amoꝛis fit cū amabilitatib⁹ amabiliū. ſicut cū iuſtitia q̄ eſt amabilis nāliter cū hūilitate honeſtate ⁊ ceteris foꝛmis: de qb⁹ dictū eſt in pꝛima parte arboꝛis moꝛalis. Et nutrimentū odij fit ꝑ contrariū qđ ē de foꝛmis odibilib⁹. de qb⁹ dictum eſt in ſcđa pte arboꝛis moꝛalis. Idcirco pͥnceps inquātū vult eſſe iuſtus caſtus ⁊ humilis: ⁊ ſic de alijs virtutibus: ſuū ppl'm nutrit ad amādū amabilia i ſemetipſo. ⁊ ex illo nutrimēto ſuū populuȝ nutrit ad amādū amabilia in ſemetipo. ⁊ ex ambobus nutrimētis amoꝛis nutrit odiū ad odiendū odibilia. q̄ ſunt iniuria: ſuperbia: luxuria ⁊ cetera vitia.

¶ De timoꝛe principis.

Timoꝛ eſt ram⁹ q̄ ꝯuenit principi duob⁹ modis. vn⁹ mod⁹ eſt pͥncipalioꝛ. vȝ ꝙ timeat deum. ⁊ ali⁹ mod⁹ eſt: ꝙ timeat ppl'm ſuū. Deū timere dȝ: vt offenſaȝ ppl'o ſuo nō faciat: quē deus tradidit ei ſicut oues: q̄ tradite ſunt paſtoꝛi. Suū populū timere dȝ: vt offenſam nō faciat amoꝛi: quē ſuus popul⁹ habet ad eū. qm̄ magnā iniuriā facit pͥnceps ſuo ppl'o: cū ꝯtra illū iniuriā facit et deceptionē. Similimō ppl'us deū timere dȝ: vt ei offenſam non faciat in principe: quē ei dedit deus in dn̄m. ⁊ etiā principē timere dȝ: vt offenſam amoꝛi illi⁹ non faciat: et ꝙ non deſtruat ꝯcoꝛdātiā amoꝛis ⁊ timoꝛis. ¶ Eſt etiam ali⁹ mod⁹ amoꝛis quē popul⁹ hr̄e dȝ ad ſuū dn̄m. ꝯſiderando ptātē pͥncipis ⁊ ſapiētiā illi⁹ ⁊ ſuoꝝ iudicū ꝓcuratoꝝ ⁊ ꝯſiliarioꝝ ⁊ iuſtitie pͥncipis. Et iō male facit pͥnceps ille: q̄ ſuam ptātem diminuit: ⁊ q̄ diſcretū ꝯſiliū non hȝ ⁊ diſcretos officiales. qꝛ ſuū ppl'm nutrit ad modicū timoꝛē. de quo nutrimento ſequit̄ minoꝛ amoꝛ ⁊ per temp⁹ odiuȝ ⁊ cōtēptus. q̄ hn̄t gentes domino ſuo.

¶ De ſapientia principis.

Ad principē ſpectat: ꝙ ſit ſapiēs ⁊ diſcret⁹ vt cognitionem habere ſciat de intētione: rōe cui⁹ eſt pͥceps: ⁊ vt ſuū populū regere ſciat: vt populus ipſuȝ timeat ꝓpter ſuā ſapiētiā. Qm̄ princeps diſcretus multū eſt timibilis: ⁊ ē magis timibilis ꝓpt̄ ſuā ſapiētiā

q̄ propter poteſtatē. qm̄ ſapientia princi
pis timorē ponit in ſuo ↄſilio ⁊ in officia
libus ſuis ⁊ in ſuo pplo. cū ita ſit: ꝙ ſa-
piētia oñ dit licita ⁊ illicita/⁊ iudicia: que
cōueniūt illis: q̄ ↄtra principē faciūt. Et
ꝓpter hoc i retroactis tpib⁹ pncipes fue
rūt ſapiētes: q̄ filios ſuos philoſophiā do
cere faciebāt. q꞉ eſt ſciētia generalis. q̄ in
tellectū illuminat hoīm ad cognoſcendū
veritates rex. Quare principes antiq̄ in
philoſophia edocti modos habuerūt ad
bonū regimē ⁊ ad bonos mores natura-
les.

¶ De poteſtate principis.

Ad principē ꝑtinet ptās. qm̄ po
teſtas eſt īſtrumētū ſui officij.
Et eſt ptās ita gñale inſtrumē
tū principis: ſicut martell⁹ q̄ eſt inſtrumē
tū generale fabro vt cultellū gladiū ⁊ cla
uū faciat. ita princeps cū ſua ptāte eſt iu
dex gñalis maiorib⁹ mediocrib⁹ ⁊ mino
rib⁹. ⁊ qñ ſua ptās eſt maior: tāto ſuū in-
ſtrumētū eſt meli⁹. ⁊ iō male faciūt hoīes
q̄ ſunt minores ſiue inferiores: q̄ maiori-
bus ↄſentiūt: ꝙ ptās pricipis diminuat᷑:
qm̄ ꝑ ſuā minoritatē ꝑdit᷑ ſuū officium/⁊
fiūt diuiſiōes regnoꝝ ⁊ terraꝝ ⁊ traditio-
nes ⁊ guerre ⁊ plra alia mala. q̄ eueniūt:
quia princeps vti nō poteſt ſuo officio.

¶ De honore principis.

Ad principē ſpectat honor. qm̄
honor duos hʒ pedes: cū qui-
bus vadit ꝑ iuſtitiā: q̄ ſiquidē
iuſtitia eſt quies pplī. vn⁹ pes honoris eſt
amor/⁊ ali⁹ eſt timor. Idcirco princeps
intm̄ q̄tum eſt ei⁹ honor: intm̄ forti⁹ ire
poteſt per iuſtitiam. cū ita ſit: ꝙ honor ſit
amabilis ⁊ timibilis. ⁊ ideo pricipes ma
lefaciūt: qñ nō obſeruant honorē: q̄ eis
decet. ⁊ pplīs malefacit: qñ dedecus facit
ſuo principi: quoniā i honore principis
cōſiſtit honor ⁊ quies pplī. Et in hoc paſ
ſu cognoſcit᷑ magna nobilitas honoris
que tātū ab hoībus deſiderat᷑ cōtra quē
honorē illi faciūt: q̄ cū vtilitate ipm̄ habe
re volūt. ⁊ illi ſunt q̄ volūt habere hono-
rē ↄ honorē ſui dn̄i. quem honorē cū hr̄e
volūt: habere nō pn̄t. q꞉ ipm̄ habere vo-
lūt cū vilitate. q̄ honori eſt ↄtia. cū ita ſit:
ꝙ nullū ↄtrū haberi poſſit ꝑ ↄtrariū ſuū.
Et hoc ſignificatū eſt i hoīb⁹ mūdanis: q̄
plus ſeipſos honorari diligūt q̄ deū. Id
circo oīa que habēt: ad habendū hono-
rem eis ſufficere nō poſſunt. q꞉ ipſum nō
habēt: ⁊ ipm̄ habere volūt. ⁊ ſic ſaturari
nō poſſunt de hoc: qḋ nō habent. Et iſte
paſſus eſt valde vtilis ad intelligendum.

¶ De libertate principis.

Libertas eſt forma intellectua
lis data homini vt libere bo-
num faciat/⁊ libere malū eui-
tet. Qm̄ bonum eſt ita nobile: ꝙ de eius
nobilitate eſt ꝙ libere fiat/⁊ non coacte.
Et vitium ⁊ peccatū tantū eſt malū ⁊ vi-
le: ꝙ ſibi nō cōuenit: ꝙ coacte ſit deama-
tum. Et ideo eſt data libertas volūtati
hoīs ad faciendum bonū/⁊ ad vitandū
malū. Et idem eſt de intellectu ⁊ memo-
ria. cū ita ſit: ꝙ deus ratione ſue nobili-
tatis ſit libere obiectabilis intellectui vo
luntati ⁊ memorie hoīs. Et idem eſt de
alijs bonis entibus creatis. ¶ Et quo-
niam homo libertatem habet ad facien-
dum bonum ⁊ ad vitandum malū: ſi bo-
num faciat/⁊ malū euitet: habet meritū.
ratione cuius maius bonū aſſequitur q̄
bonū: qḋ fecit. Et ſi faciat malū ⁊ euitet
bonum: habet culpam. ratione cuius cō-
ſequitur maius malū/⁊ perdit maius bo
num q̄ bonū: qḋ facere noluit. Et in hoc
paſſu ſignificatur alia vita cum magnitu
dine iuſtitie dei. ¶ Deus homini liber-
tatem nō dedit: vt malū faciat. cū ita ſit:
ꝙ ei libertatē dedit: vt bonum faciat/et
malum euitet. Et ſi deus homini liberta
tē dedit: ꝙ malum facere poſſet: liberta-
tem creauiſſet contra libertatem: ⁊ crea-
uiſſet duas poteſtates. vnā bonā: ⁊ aliā
malam. ⁊ duas libertates. vnam bonam
⁊ aliam malā. qḋ eſt impoſſibile: ꝙ deus
ſit creator mali: ⁊ ꝙ vna libertas in vno
ſubiecto ſit contra aliam: cuius liberta-
tes ſint partes intellectuales: quoniam
iam forēt forme neceſſarie ſm̄ curſum na
turalem. Sicut ignis qui eſt libere cōtra
aquam: ⁊ aqua cōtra ignem: veruntamen
in ſubō in quo ſunt cōiūcti ignis ⁊ aqua
vn⁹ eſt dn̄s: ⁊ ali⁹ eſt ſubditus. ſicut eſt in
colerico: in quo ignis eſt dn̄s. ⁊ aqua i cu
curbita eſt dn̄a. Et ratio quare hō liber-
tatē habet ad malū: eſt hec. q꞉ tenet ſiue

habet de natura: de qua eſt: videlicet de nõ eſſe/ ⁊ q: peccatum originale eſt. Unde ſic habet libertatem ad faciendũ malum ratione nature ſibi appꝛopꝛiate: que eſt ex parte nihili: quod eſt ſuũ centrũ ad qꝺ cũ peccato deſcendit libere: ſicut lapis qui ad centrum cũ ponderoſitate deſcendit. quã quidem põderoſitatem ei ſuum centrum appꝛopꝛiauit: vt poſſit eſſe centrum illꝰ/ ⁊ ꝙ lapis poſſit in illo habere quietem. Et in hoc paſſu datᷣ cognitio: cũ qua poſſunt cognoſci pꝛincipia libertatis: quam homines habent ad faciendũ malũ. q̃ libertas eſt ꝑuatio libertatis qua hoĩes vti volũt faciẽdo bonũ/ ⁊ euitãdo malũ. Et iſte paſſus valde eſt vtilis ⁊ ſubtilis ad ſciẽdũ. ¶ Secũdũ ꝙ de libertate dictũ eſt: opꝫ ꝑncipẽ libertatẽ cõſiderare ad ſciendũ: vt ipſam diligat ad faciẽdum bonũ/ ⁊ ad euitãdũ malũ/ ⁊ ꝙ odiat libertatẽ ad faciendũ malũ. Idcirco populꝰ nõ dꝫ eſſe cõtra libertatẽ: quã habet pꝛinceps ad faciendũ bonũ ⁊ ad euitãdũ malũ. ꝙ ſi ſic pꝛincipẽ iclinãt ad vtendũ mala libertate ĩ faciendo malũ. quare ille ppl's facit cõtra ſeipm: q̃ vult: ꝙ in ciuitate ſint aliq̃ antiq̃ cõſuetudines: que ſunt cõtra iuſtitiã ⁊ cõtra libertatẽ bonũ faciẽdi/ ⁊ malũ euitãdi. ¶ Dictũ eſt de ramis arboꝛis imꝑialis. ⁊ ſm ſeptẽ modos de quibꝰ dictũ eſt: põt pꝛinceps alios ramos cõſiderare: qui ei cõueniũt. ſicut eſt firmitas. Quoniã nobile eſt pꝛincipi: ꝙ ſit firmus ⁊ cõſtans/ ⁊ magna vtilitas eſt ei: ꝙ non ſit de verbis duplicibus. Et habere poteſt notitiam conſtantie in tractatu: qui eſt de cõſtãtia. de qua dictũ eſt ſupꝛa in brãchis arboꝛis moꝛalis. Et idẽ eſt de patientia fidelitate et largitate et de aliis foꝛmis pꝛimariis. que pꝛincipi cõueniunt.

¶ De foliis arboꝛis imperialis.

Folia arboꝛis imperialis ſignificata ſunt in aliis arboꝛibus pꝛimis. verũ tamen tractare volumus breuiter de ipſis in hac arboꝛe. Et cum Ray. pꝛimo tractare vellet de quãtitate: cõſiderauit: ꝙ ad pꝛĩcipem ſpectãt cõſuetudines: leges: ⁊ oꝛdinationes antique. que ſignificant ſolũ ad conſeruationẽ ſui regni et oꝛdinamentũ illius. Et in hac cõſideratiõe ſtetit diu. Et ſuſpirãdo dixit hec verba. O q̃ magnũ dãnũ ẽ: ꝙ ego nõ habeo coadiutoꝛes: qui me iuuarẽt ad bonũ publicũ tractandũ. Quĩ ſi adiutoꝛes haberẽ: modũ video: per quẽ ſciẽtia iuris (que eſt confuſa) veniret ad declarationẽ/ ⁊ in breui tẽpoꝛe ſciri poſſet. Raymũde (dixit monachus) bonũ eſt: ꝙ in hoc libꝛo modũ ponas: quẽ dicis. qm̃ poſſibile eſt: ꝙ adhuc compleatur: hoc qꝺ deſideras. Et ideo Ray. dixit: ꝙ modũ in breuibꝰ verbis ponere nõ poſſet/ nec in pluribus verbis illũ ponere vellet: idcirco nollet tractare de materia illa. Sed monachus ei tot verba dixit: ꝙ eum faciebat habere cõſcientiam: ſi non tractaret de illa materia: poſtq̃ deus dedit ei cognitionem. cũ ita ſit ꝙ deus nihil dat fruſtra. Idcirco illi habent culpam: quibus ipſe dat: ſi ad finem non ducant gratiam: quam a deo recipiunt/ vel ꝙ ſuum poſſe faciant. Et ꝓpter hoc Raymũdus voluntatem habuit: ꝙ de modo generali qui ad ſciẽtiã iuris ſpectat: breuiter tractaret. q: complete tractare nõ poſſet per ſeipſum: qm̃ iura particularia ignoꝛabat. ⁊ etiã plus intendebat ad tractandum altioꝛa ⁊ que ſunt de maioꝛi fine. Cõſiderauit Raymũdus in foꝛmis pꝛimariis gñalibus ſcientie iuris. nominãdo. xl. ſub quibus ſtare poſſunt oĩa particularia ſcientie iuris ciuilis. Que ſiquidem foꝛme ſunt iſte. emptio: venditio: cõmodatum: redditio: depoſitum: pꝛomiſſio: pꝛobatio: confeſſio: negatio: dubitatio: ſtatutum: pꝛocuratio: ablatum: legatum: accuſatio: excuſatio: permutatio: perditio: inuentio: datio: conditio: toꝛmentum: vituperium: deceptio: diffamatio: furtum luxuria: ꝓditio: homicidium: blaſphemia: inobedientia: mendacium: indigentia: foꝛtuna: voluntarium: ignoꝛantia: obliuio: libertas: ſeruitus: ⁊ preſumptio. Ad oꝛdinandum vnũ librum generalẽ ſciẽtie vel rhetoꝛice iuris: opoꝛtet cõſiderare. xl. foꝛmas: quas ſupꝛa diximus. ⁊ opoꝛteret cognitionẽ dari de qualibet: ſm ꝙ de cẽtũ

formis primariis cognitionē dedimꝰ i arboꝛe eēali.ꝛ ꝙ ꝑticularia exēpla iuris applicarētur.xl.formis ſm ꝙ applicauimꝰ cētū formis in arboꝛe ſenſuali ꝛ in arboꝛe humanali per exēpla naturalia. opoꝛteret etiam ſequi modū in.xl.formis:quē tenuimus in branchis arboꝛis hūanalis combinando quālibet formā cum alia/ꝛ recipiēdo ſignificatū illius combinationis:ſm qd recipitur in maximis ſiue conditionibus artis inuentiue ꝛ artis amatiue.ita ꝙ de tribus formis generalibus ſcientie iuris fieret vna maxima ſm oꝛdinem artis inuentiue.ꝛ ꝙ cuilibet maxime daretur vna queſtio iuris.cuius ſolutio in maxima ſignificaretur:ſm ꝙ minute queſtiones artis inuentiue ꝛ earum ſolutiones ſignificantur in maximis euſdem artis.videlicet ꝙ de ipſis maximis fiant ſolutiones iuris per rōnem nālem ꝛ neceſſariam.Et hoc modo ſcientia iuris que eſt de particularibꝰ:reduci poſſet ad eoꝛum formas generales.Et etiā doctrina poſſet dari in queſtionibus ad practicādū de ſcientia iuris.Opoꝛteret etiā ꝙ fieret diſcurſus cū.xl.formis ꝑ accidentia arboꝝ primaꝝ.vt accidētia q̄ ſequunt ſiue procedunt ex formis in ſcienta iuris cognoſci poſſent.qm̄ quedam accidentia ſunt ſm vnā arboꝛem/ꝛ alia ſm accidentia:q̄ ſunt ſm aliam arboꝛē.ſicut accidentia arboꝛis eēalis ſunt differētia ab accidentibus arboꝛis vegetalis.Et habita cognitione de accidētibꝰ primariis:ꝙ applicentur ad accidentia.xl.formaꝝ.ꝛ ꝙ cum illis fieret iudiciū ꝛ aduocatio/miſcendo q̄dā accidētia in aliis ſicut forme que ſūt mixte adinuicem q̄dā ſiue alie in aliis.ꝛ recipiēdo ſignificata ſm naturas foꝛmarū ꝛ accidentiū:q̄ exeunt ex hmōi mixtionibus.Opoꝛteret etiā ꝙ princeps faceret huiuſmodi librū doceri hoībꝰ:q̄ eēnt iudices ꝛ aduocati vt ꝑ illū iudicare poſſent ꝛ aduocare/ꝛ plura litigia in breui tēpoꝛe ꝑ rōnes nāles ꝛ neceſſarias determinare.Et ꝙ illi iudices ꝛ aduocati ꝯducti eſſent ꝑ principē:ſm ꝙ ſupradictū eſt. rōne cuius librū meliꝰ intelligere poſſent ꝛ ꝑ illū ꝯcoꝛdare accidētia iuris:q̄ a caſu veniūt.ꝛ q̄ ſunt ꝑticularia accidētibꝰ neceſſariis ꝛ nālibus.q̄ ſunt in formis generalibus.Et iſte paſſus multum eſt vtilis: illis:qui diligunt ſcientiā iuris.¶ Ray. dimittere voluit materiā folioꝛum.ꝛ trāſire voluit ad materiā floꝛū.ſed monachꝰ rogauit eum:ꝙ aliquod exemplum daret de materia folioꝝ.Et ideo Ray.dedit exēplum de arte in formis emptiōis ꝛ venditionis ſm.ix.modos generalium accidentium.per quod exemplum haberi poſſit practica aliarum formarum.

¶ De quantitate arboꝛis imperialis.

MIles q̄dā ſuū equū vēdidit cuidam mercatoꝛi pro centum floꝛenis.In illa venditione ē quātitas ſubē equi ꝛ floꝛenoꝝ.q̄ quātitas eſt ſubiecta forme emptionis ꝛ venditionis ita:ꝙ miles recipiat oēs floꝛenos/ꝛ quēlibet floꝛenum in ſuo pōdere debito ꝛ in ſpecie auri/ꝛ etiā ꝙ quilibet floꝛenoꝝ ſit integer.hoc idē debet mercatoꝛ recipere in equo.vicȝ ꝙ equus ſit ſanus ꝛ integer: ꝛ ꝙ habeat frenū:qd ei conuenit.qm̄ ita opoꝛtet:ꝙ equus habeat ſanitatem.ꝛ integritatem:ſicut opoꝛtet ꝙ floꝛenus debitum pondus habeat ꝛ integritatē:ꝛ etiā ſpeciem auri:ꝛ idem eſt de freno.quod eſt ad vſum equi ꝛ mercatoꝛis.ſicut floꝛeni q̄ ſunt ad vſum militis.Et in hac emptione ꝛ venditione ponit arboꝛ elemētalis quātitatē diſcretā ꝛ coloꝛē ꝛ pondus in floꝛenis ꝛ figurā in equo.Et arboꝛ vegetalis ponit ſanitatē equi ꝛ purificationē auri. Et arboꝛ ſenſualis ponit verboꝛū quātitatem per auditum propter que verba eſt emptio cōditionata ꝛ coloꝛ equi ꝛ diſcreta quātitas floꝛenoꝝ videt.Et arboꝛ imaginalis imaginatur quātitatē equi ꝛ floꝛenoꝛum ꝛ certā quantitatem ſubi determinat in quo fit emptio ꝛ venditio.Et arboꝛ humanalis ponit ſimilitudines aliarum arboꝛum ꝛ virtutes naturaliter.vicȝ iuſtitiā ꝗtitatis date.ꝛ recepte ſm nām recolendi intelligēdi ꝛ amādi in emptione ꝛ venditione.

¶ De q̄litate arboꝛis imperialis.

IN venditione equi ponitur q̄litas bonitatis in hoc quod miles ꝑmittit:ꝙ equus eſt bonꝰ:ꝛ ponitur q̄litas auri in quātum mercatoꝛ ꝑ=

mittit dare bonū aurum/⁊ etiā qꝛ merca
toꝛ ꝓmittit dare numerū q̄lē/⁊ miles q̄lē
equū.vȝ albū aut nigrū vel iſtū vel illum.
Et in hac q̄litate ſunt plures qualitates
aggregate.vȝ plures ſimilitudines q̄lita-
tum realiū.ſicut q̄litas verboꝝ ꝑ ſenſum
auditoꝝ/⁊ in ſono:q̄ eſt de arboꝛe eī'ali ſu
ſtentatoꝝ.⁊ ſic de alijs q̄litatibꝰ imagina
tis ⁊ ſentitis.de q̄bꝰ q̄litatibꝰ ē ēptio ⁊ vē
ditio equi cōditionata ſub hītu q̄litatis.

¶ De relatione arboꝛis imperialis.

IN emptiōe equi ſtat relatio in-
quātū vnꝰ vēdit ⁊ aliꝰ emit.⁊ ſub
iectum illius relatiōis ſtat ī equo
⁊ in auro aut in valoꝛe illiꝰ ⁊ ī milite ⁊ in
mercatoꝛe ita:ꝙ in illa relatiōe.iiij.ſunt
termini.ſine quibꝰ relatio eſſe nō poſſet.
nec ſine relatione emptio ⁊ vēditio nihil
eſſent:nec ſi deficeret vnꝰ terminoꝛum vel
plures. Sunt ergo emptio ⁊ vēditio con-
ditionate ſm naturas p̄marū foꝛmarum
relationis. Ad quā relationē arboꝛes di
uerſimode ſe hn̄t ſm eaꝝ nās.in quibus
naturis relatio eſt ſuſtentata.

¶ De actione ⁊ paſſione arb.imperialis.

IN emptiōe ⁊ venditiōe ſunt actio
⁊ paſſio.ſicut miles q̄ hȝ actionē
in denarijs/⁊ mercatoꝛ in equo.
qꝛ ſit ꝑmutatio actiōis ⁊ paſſionis ita ꝙ
miles actionem habebit in denarijs ra-
ne actionis quam habuit in equo. ⁊ mer
catoꝛ actionem habebit in equo pꝛopter
actionem quam habuit in denarijs. Et
ita paſſio eſt conſequētia actionis.⁊ hoc
ſm conditiones arboꝛū.qm̄ ſi miles pꝛo-
mittit vēdere integrū equū ⁊ bonū:actio
nem habebit in bono auro ⁊ in numero
debito per verbū nominato/⁊ in ſono au
dito/illo verbo recolito per mercatoꝛem
intellecto ⁊ amato. Et ſi miles vēdere nō
pꝛomittat bonū equū ⁊ integrū:non ha-
bebit ſpiritualiter actionē in pꝛecio:ſi ſit
intentio mercatoꝛis:ꝙ emat bonū ⁊ in-
tegrum equum ꝓ cētū floꝛenis. ¶ Verū-
tamen vult ius ſm rōnē arboꝛis ſenſua-
lis ꝙ mercatoꝛ ſit punitus.quia non que
rit:qđ de equo dici debet audiri ⁊ videri:
quia a milite q̄rere debet:ſi ſit bonus ⁊ in
teger equus.⁊ etiam ꝙ illum tentet ſm
actioneȝ quam ſenſus mercatoꝛis habet

in attingendo veritatem equi.verūtamē
illa actio quam miles vult habere in cen
tum floꝛenis nō eſt ſm ius ſpirituale.qm̄
eſt ↄ̄ branchas pꝛie partis arboꝛis moꝛal.

¶ De habitu arboꝛis imperialis.

EMptio ⁊ venditio equi ſub ha-
bitu generali:ſub quo pn̄t eſſe
empte ⁊ vendite plures res. Et
ꝓpter hoc opoꝛteret:ꝙ vnꝰ habitus fieret
de emptione ⁊ venditione in ſciētia iuris.
vȝ vnum ſtatutū oꝛdinatū ⁊ regulatū per
pꝛincipia naturalia in arboꝛibus ſemi-
natis. Sicut miles q̄ dȝ vēdere equū ſub
habitu iuſtitie pꝛudentie foꝛtitudinis et
charitatis.⁊ ideo dicere dȝ ↄditiones et
modum equi.vȝ ſi conditiones habet bo
nas aut malas:qm̄ ꝓpter bonas hȝ cha-
ritatem ſibiipſi/⁊ per malas ſuo ꝓximo.
Et ſi aliqđ vitiū eſt in equo:⁊ miles mer-
catoꝛi nō manifeſtat:ↄtra iuſtitiā pꝛudē-
tiam foꝛtitudinē ⁊ charitatē vēdit equū.
rōe cuiꝰ vēditiōis iuſtitia ipm̄ punit ī bo
nis ſpūalibꝰ:q̄ veniūt per illā pꝛudētiam
foꝛtitudinē ⁊ charitatē. Et hec punitio ꝑ
tinet ad deū/nō aūt p̄ncipi.vt mercatoꝛ
ſit ita diligēs ad emēdū ſub habitu pꝛudē
tie ſciēdo.ſ.ↄditiones equi pꝛiuſq̄ꝫ dena-
rios ſoluat:ſicut miles vēdit ſub habitu
pꝛudētie:īquātū vult ſcire an floꝛeni ſint
de bono auro ⁊ pondere.

¶ De ſitu arboꝛis imperialis.

IN emptiōe ⁊ venditiōe equi ſunt
verba aſſituata ſub certis termi-
nis.qm̄ miles aſſituat illa ſm vo
cē:q̄ ſignificat vēditionē ⁊ bonitatē ⁊ cō-
ditiones equi/⁊ mercatoꝛ illas aſſituatio
nes accipit in memoꝛia intellectu ⁊ volun
tate.in q̄bꝰ verba militis ſunt ita aſſitua
ta ſub ſpem vēditionis.ſicut littere ſigilli
in cera ponēdo ſuas ſilitudines. Et idem
eſt in verbis q̄ dicit mercatoꝛ:ad dādum
cētū floꝛenos militi ꝓpter equū.q̄ v̄ba ac
cipit miles in ſua mēoꝛia ītellectu ⁊ volū
tate. Et trāſitꝰ ipꝛeſſionū ↄſiſtūt ex iſtru-
mētis arboꝛis ſenſual' ⁊ imaginal'. Et iō
ſm ſil'itudines q̄ ſunt in p̄ma pte arboꝛis
moꝛal':ille aſſituatiōes dn̄t eē.vt habeāt
figurā cōpletā:vȝ circularē triāgularē ⁊
q̄drāgularē:q̄ ſunt mēſure ⁊ cōditiōes:ex
q̄bꝰ figure ſunt plene.que ſignificant foꝛ

mas naturales.q̄ cōueniūt emptiōi ⁊ vēditioni. Et eſt figura circularis in continuatiōe iuſtitie prudētie fortitudinis et charitatis. Et eſt quadrāgularis inquātū emptio ⁊ vēditio ſunt de quattuor terminis.vʒ de actiōe militis ⁊ mercatoris: de qua dictū eſt/⁊ de ſubō qđ eſt equi ⁊ auri. Et triāgulus eſt de intētione quā hʒ mercator ad emēdū equū/⁊ in vēdēdo ſiue tradēdo aurū/⁊ de reſpectu ī quo ſunt aſſimatio ⁊ ꝓmiſſio equi ⁊ auri. Et idem eſt de intētiōe militis. Et iſte tractatꝰ aſſituatiōis applicatꝰ ad emēdū ⁊ vēdendū: eſt valde vtilis ad ſciēdū.⁊ eſt vna ſpēs artis mercimonie.

¶ De tempore arboris imperialis.

In emptiōe ⁊ vēditiōe eq̄ eſt tp̄s arboꝝ p̄ſentiū:p que ꝯueniūt miles ⁊ mercator. Que ſiq̄dē cōuētio ē:ꝙ miles tradat equū ī illo eodē tp̄e: q̄ florenos recipit a mercatore:⁊ ꝙ mercator in illo eodē tp̄e quo ꝓmittit florenos tradere militi:equū recipiat a milite. Idcirco tp̄s tātū ſe habet ſm̄ ſuā p̄ſentiam ad denarios ſicut ad equū. Et ſi mercator denarios ſoluat: q̄uis equū nōdū habuerit:retinere dʒ cōditionē:ꝙ miles ei det equū:quē miles ei vēdidit ꝓ cētū florenis.⁊ idē debet miles facere:ſi equum tradat mercatori:licet denarios nondū acceperit.

¶ De loco arboris imperialis.

Sicut tp̄s equaliter ſe habet ad p̄ſentiā denarioꝝ ⁊ eq̄ ⁊ ad poſſeſſionē cuiuſlibet:ita locꝰ eq̄r ſe habet ad poſſeſſionē denarioꝝ ⁊ equi. vʒ ꝙ in vno eodē loco miles tradat equū mercatori/et mercator denarios militi. Verūtamen rōne impedimēti loci nō cōuenientis/⁊ etiā tp̄is ī q̄bus miles ⁊ mercator mutuo ſe liberare non p̄nt vult ius ſm̄ iuſtitiā charitatē fidelitatē ⁊ intētionē principalē:ꝙ in vno loco et tp̄e ſolui debeant denarij/⁊ in alio loco ⁊ tempore equus debeat tradi. Et ſi inter diſtātiam vel diuerſitatē tp̄is ⁊ loci moreret equus: vult ius ꝙ mercator nō teneat ſoluere denarios.vl' ſi miles denarios iā recepit:ꝙ denarios illos reſtituere teneat. Et h̄ ſuſtinet ius ſm̄ formas nāles.qđ oſtiam ponit inter locū ⁊ locū ⁊ tempus ⁊ tempus in arbore elemētali. ¶ Scḋm ꝙ data eſt doctrina ad vtēdū accītibus in emptione ⁊ vēditione equi pōt haberi cognitio: quō ſciat vti accītibus in emptione ⁊ vēditione ville vel caſtri pāni aut nauis.⁊ ſic de aliis rebꝰ ſubiectis emptiōi ⁊ vēditioni. Et ideo exēplū qđ datū eſt de equo eſt vna ſpēs habitus ḡnalis ſcie iuris.⁊ eſt doctrina.quō homo ſciat ordinare iura ⁊ ſcripta ſpecialia ſub habitu generali iuris exiſtētia.

¶ De floribus arboris imperialis.

Flores arboris ip̄ialis ſunt iudicia principis ⁊ ſuoꝝ officialium. Qui ſiquidē flores ſignificātur in floribꝰ aliaꝝ arboꝝ ⁊ in ꝓceſſu illaꝝ. Sūt etiā flores principis regimina ⁊ ordinationes mote ad iuſtitiā ⁊ ad pacē gētiū. Et flores principis inſerti ſunt in floribus ſui ppl'i. Et ideo altiores ſunt ⁊ pulchriores q̄ flores alicuius alterius hoīs ſui ppl'i. qm̄ materiā inferiorē honoris ppl'i cōuertūt in honorē principis. Verū tamen quādo princeps eſt malus: flores ſui ſunt mali. qm̄ peruertūt honorē inferiorē in dedecus gentiū ita: ꝙ faciūt honorem: qui eſt inferior: eſſe in vilitate ſiue dedecore ſupra. quod eſt in principe. Idcirco flores principis ſunt turpes et mala figura informati. nec ex ipſis bonus fructus exire poteſt. ¶ Flores principis ſunt inſtrumenta ad regimen florū ſui populi ita: ꝙ reſpondent pluribus regiminibus florum principis. Et ideo princeps non debet eſſe negligens/nec multum dormire/nec venari:nec quieſcere. quoniam in eius ocioſitate ſunt ſue gentes ocioſe. quoniā inſtrumentum nō habent: quod ipſos moueat ad regimen nec ad pacem. Et propter hoc in laboribus ⁊ in guerris ſunt gentes principis per ipſius ocioſitatem. Et quoniam facit contra finem quare eſt princeps. ita ꝙ ſeipſum vacuat illo fine ꝓpter quē eſt. ⁊ in ſua vacuitate finē populi vacuat. Et ꝓpter hoc principes malefaciūt:q̄ in vana gl'ia huius mūdi delectant ⁊ in delitiis carnalibus ⁊ ſenſualibus poſtq̄ ad

tot ⁊ tanta reſpōdere teneantur. Sicut martellus: qui eſt inſtrumentū ad plures clauos. ⁊ ſicut cereus ardēs: qui eſt inſtrumentum ad illuminandū plures homines in camera.

¶ De fructu arboris imperialis.

Fructus arboris impialis eſt pax gentium. vt in pace eſſe poſſint / deum etiam recolere intelligere ⁊ amare honorare ⁊ ei ſeruire. Quoniam gētes que ſunt in guerra ⁊ inuicē in laboribꝰ: nō ſunt in diſpoſitiōe: ꝙ deū multū poſſint amare honorare ⁊ ei ſeruire / nec ſibijpſis nec etiā alijs charitatē habere: tātum occupati ſunt i laboribus ⁊ guerris terrarū. Unde ſicut plante ſm earum indigentiā calorē ſolis ⁊ rorē noctis requirunt: ſic populus a principe requirit iuſtitiam ⁊ pacem. Quare principes malefaciunt: qui guerras in terris ſuis patiūtur vel guerras adinuicē habent contra iuſtitiam ⁊ pacē ⁊ flores aliarū arborū. ꝑpter quas principes ſunt. Qm̄ malꝰ pricēps oēs fructꝰ ⁊ flores qui ſub ipo ſunt: in labore ⁊ guerra ponit: ⁊ ideo dignus eſt ꝙ habeat magnam penā quādo ſuū regnū non tenet nec cuſtodit i pace ⁊ iuſtitia. Et in hoc paſſu habet: ꝙ merita boni pricipis ſunt magna / ⁊ magna ſunt premia: ꝗ habere expectat. ⁊ ſi ſit malus: ſunt magne pene: quas ipe expectat rōne magnarum culpaꝝ: quas habet. ¶ Fructus arboris imperialis generalis eſt ad illos fructus qui ſunt ſub ipſo. ſicut calor ignis: qui generalis eſt ad calorem piperis hominis leonis gruis ⁊ piſcis. ſine quo calore generali calor iſtorum indiuiduatorum de quibus dictum eſt: non poſſet eſſe inſtrumentum cum quo entia indiuiduata calefieret. Idcirco fructus principis qui talibus fructibus habet reſpondere: eſt infirmus quando ſe inclinat ad ſpecialia cōtra generalia et publica. ſicut malus princeps: qui plus diligit ſuam vtilitatem ꝙ̄ vtilitatem populi ſui. Quoniam ꝑpter infirmitatem fructus principis ſunt fructus ppl̄i infirmi. Sicut piper hō leo grus ⁊ piſcis: qui infirmi eſſent: ſi ignis ſuum calorē ſibi attraheret ⁊ illū eis nō daret. ¶ In nullo fructu tantū eſt de malo ſapore ⁊ odore ſicut i fructu mali principis: qm̄ ſi fructus gn̄alis ſit malus i ſapore ⁊ odore: malus eſt illis: ꝗ ſpāles ſunt ⁊ parui. ſed fructus mali pricipis: ꝗ eſt gn̄alis: oībus dat malū ſaporē ⁊ odorē. Et ꝑpter hoc mirabile eſt: quō malus princeps credit hr̄e valorē: cū in illo ſit fructꝰ tā mali odoris ⁊ saporis. ex quo exeūt ⁊ diriuātur tanta mala ⁊ tāte infirmitates cōtra tot ⁊ tantas gētes / ⁊ cōtra tot ⁊ tantas ſanitates. que ſunt res vt plurimū valentes. Et malus odor ⁊ ſapor fructꝰ principis attingunt in malis opibꝰ illiꝰ. quas credit abſcōdere ⁊ celare gētibꝰ ſub ſpecie boni saporis ⁊ odoris. ⁊ qꝛ malus odor ⁊ ſapor fructus eſt gn̄alis: celari ⁊ abſcōdi a gētibꝰ nō poteſt: ſicut ignis ꝗ ſuū calorē celare nō pōt hoī: ꝗ comedit piper: nec princeps ppr̄o ſuū vitiū celare pōt: inquātū iniurias facit ſuis gētibꝰ ⁊ deceptiones. Que quidē gentes oculos hn̄t: cū qbꝰ videt / ⁊ aures: cū qbus audiūt. qꝛ pacē neqꝫ regimē nec etiā bonū exemplū hn̄t de ſuo dn̄o. Et in hoc paſſu datur cognitio: ꝙ nō eſt aliqua arbor: que faciat ita malū fructū ita periculoſum ita damnoſum / nec a qua tantum de malo veniat: ſicut de arbore mali principis.

# De arbore apoſtolicali.

Summarium.

Arbor apoſtolicalis verſat circa pſonas ⁊ res eccleſiaſticas ⁊ ſpirituales. Et ſimiliter diuiditur in ſeptem partes. videlicet in radices: truncum: branchas: ramos: folia: flores: ⁊ fructus.

¶ Radices ſunt virtutes cardinales et theologales.

¶ Truncus eſt perſona generalis: qui dicitur apoſtolicus ſiue papa.

¶ Brāche ſunt cardinales ⁊ alij plati.

¶ Rami ſunt decē precepta ⁊c̄.

¶ Folia ſunt ſacramēta ⁊ canones.

¶ Flores ſunt quattuordecim articuli.

¶ Fructus eſt ſaluatio gentium.




¶ De arboꝛe apoſtolicali.

**A**Rboꝛ apoſtolicalis in ſeptē partes diuiditur. q̄ ſunt radices/ truncus/ brāche/ rami/ folia/ floꝛes/ et fruct⁹. Et eſt arboꝛ generalis ad res ꝛ oꝛdines ſpirituales: in qua ſunt impreſſiones vicarie ſancti petri. ſubiectū cuius eſt alba petra: pura: munda: ꝛ ſcripta ſanctitate. in qua ſunt impreſſiones litterarum ſigilli domini noſtri ieſu chriſti. Que ſi-

quidem littere ſunt ſue operatiões et ſua bona exempla: q̄ dedit gentib⁹ in amando ꝛ honorãdo deū ꝛ ſuū ꝓximū. Et quia ille lr̄e ſunt īpreſſe in petra: fortiores ſunt ꝙ ſi eſſent impreſſe in cera. Et q2 petra eſt alba: ſunt magis apparẽtes: ꝙ ſi eẽnt impreſſe ī arena. Et etiã littere pulchre ſunt ꝛ mũde. quoniam petra eſt alba.

¶ De radicibus arb. apl'icalis.

Radices arborꝫ apl'icalis ſunt ỽtutes cardinales ꝛ theologice. de q̄bus ſupra in arbore morali tractatum ē. Idcirco apl'icus dꝫ eē iuſt⁹ ꝑ iuſtitiã / ꝛ prudens ꝑ prudentiã / ꝛ fortis ꝑ fortitudinẽ / ꝛ tẽperat⁹ ꝑ temperantiam / ꝛ cultor xp̄ianoꝝ per fidẽ: ꝛ dare dꝫ eis ſpem alterius vite ꝑ ſpem. et habere dꝫ amorẽ ſuo pp̄lo ꝑ charitatem. Et ſi apl'icus facit huiuſmodi cõtrariũ: facit ꝯtra radices ſuoꝝ ꝑncipioꝝ. ¶ Iuſtitia pape dꝫ eſſe bona ꝑ bonitatẽ / ꝛ magna per magnitudinem / ꝛ durabilis ꝑ durationẽ / ꝛ potens ꝑ poteſtatẽ / ꝛ illuminata ꝑ ſapientiam / ꝛ amata per amorẽ / ꝛ virtuoſa ꝑ virtutem / et vera per ỽitatẽ. ꝛ debet eſſe quies: in q̄ iuſtitie particulares ſui pp̄li quietem habeãt. Et idem eſt de prudẽtia ꝛ de aliis ỽtutib⁹ et radicib⁹ arboris. ¶ Debet iuſtitia pape eſſe in dr̄ia per differẽtiã. ita ꝙ dꝫ eſſe iuſtus ꝑ vnũ modũ ſm̄ virtutes morales. et per aliũ ſm̄ ỽtutes theologicales. ¶ Itẽ in iuſtitia pape dꝫ eẽ concordantia. videlicet inter vnã virtutẽ ꝛ aliã. Quoniaꝫ iuſtum eſt: ꝙ pl'es virtutes concordantiã habeant cũ fine ꝓpter queꝫ ſunt. ¶ Preterea iuſtitia pape dꝫ eſſe contra iniuriã per cõtrarietatẽ: que eſt inter virtutes ꝛ vitia. Et iuſtitia pape dꝫ eẽ principium ad iuſtitias ſui pp̄li per principiũ efficiens ꝛ formale. Et iuſtitia pape dꝫ eſſe mediũ inter deum ꝛ ſuũ populũ per mediuꝫ generale: quem ſiquidem pp̄l'm deus ei tradidit ſicut oues q̄ cõmittũtur paſtori. Item iuſtitia pape ad finẽ ſe debet hr̄e per complementum. qm̄ iuſtum eſt: ꝙ papa faciat hoc: ꝓpter qđ eſt creatus vniuerſalis prelatus ꝛ gn̄alis ad oēs prelatos. Et preterea iuſtitia pape dꝫ eſſe maior per maioritatẽ officii ꝙ aliq̄ alia iuſtitia: que ſit in ſuo pp̄lo. qm̄ iuſtum eſt ꝙ ita ſit: ex quo eſt prelatus et vicarius gn̄alis. Et iuſtitia pape ſe debet hr̄e ad charitatem per equalitatẽ. qm̄ iuſtũ eſt reddere cuilibet: qđ ſuum eſt. Et iuſtitia pape ſe dꝫ inclinare ad minoritates ſui pp̄li ꝑ minoritates illoꝝ / et per maioritatẽ ſuiipſius. quoniã iuſtũ eſt: ꝙ dn̄s maior ſe humiliet ꝛ ſe inclinet ad minoritates ſui pp̄li ſiue ad oues. vt ipſas cuſtodiat a lupis rapacib⁹. ¶ Debet papa illã fidẽ hr̄e: quã habuit beat⁹ petrus. poſtꝙ̄ eſt eius vicarius. Et oportet ꝙ illam fidẽ habeat ſub hitu bonitatꝫ. taliter ꝙ papa ſit bon⁹: q2 fides eſt bona. Oportet ꝙ papa hẽat magnã fidẽ. q2 fides ſancti petri fuit magna. Et opꝫ ꝙ papa ita magnam fidẽ habeat: ꝙ fidei ſui populi reſpõdeat. Item opꝫ ꝙ fides ei⁹ ſit durabilis: poſtꝙ̄ generalis eſt. qm̄ in priuatione cauſe gn̄alis priuantur durationes particulares. Preterea fides pape dꝫ eſſe fortis. vt fortitudo illius fortificet fideꝫ cuiuſlibet hoīs. Et ideo ordinatio dei fuit: ꝙ imperiũ romanũ datũ fuit pape. vt cũ brachio ſeculari papa foret fortis ad reſiſtẽdũ inimicis fidei. Adhuc fides pape dꝫ eſſe clara hoibus ꝑ ſapientiã et per bonũ exemplũ. qm̄ illa claritas illuminat cuilibet hoī ſuam fideꝫ. ſicut ſol q̄ illuminat pl'es ſtellas magno lumīe illuminãte pl'a parua lumina. Et fides pape dꝫ eẽ charitatiã ꝛ amabil' vt moneat ſuos ſubditos ad charitatẽ et ad calorẽ amoris ꝑ magnũ feruorẽ. Et fides pape dꝫ eẽ ỽtuoſa. vt ſit ꝯ vitia. Itẽ fides pape dꝫ eẽ vera. vt ſit ꝯ falſitatẽ ꝛ errorẽ. ꝛ iō dixit dn̄s ieſus xp̄s ad btm̄ petrũ. Petre ſi diligis me: paſce oues meas. Et dixit ei ter ad ſignificãdũ: ꝙ oues ſũt dei pr̄is ꝛ dei ſpūſſcti ꝛ dei filii ꝛ hoīs. q̄ ſunt vn⁹ de⁹ vn⁹ xp̄s: q̄ vnũ paſtorẽ ſuis ouib⁹ elegit. vt daret eis ỽitatẽ fidei ad comedẽdũ. cũ qua ỽitate viuerẽt. Et in ꝑſona btī petri ſunt oues cõmiſſe fidei cuiuſlibet ꝑſone pape. Et ꝓpter h̄ malefacit ille papa q̄ fidẽ in pl'ib⁹ ouib⁹ nō augmentat. vt ſit multũ vniuerſalis: ꝛ ꝙ in illa viuãt pl'es oues. qm̄ ſatis eſt maior gr̄a vite ſpūalis ꝙ̄ corporalis. Fides etiã pape dꝫ eſſe quies fidei cuiuſlibet hoīs. ſicut bona particularia: q̄ in gn̄alib⁹ quietẽ habent. Et in fide

pape nõ dꝫ eſſe differentia.vicꝫ inter fideꝫ ſuã ⁊ fidẽ ſui ppłi.quoniã vna dꝫ eſſe fides in ſe ⁊ in ſuo ppło. Itẽ papa cum ſua fide cõcordare dꝫ fidẽ cuiuſlibet hoĩs. Et cum ſua fide dꝫ papa eẽ ꝯtra illos:q̄ ſunt cõtra fidem.rõne cuꝰ ꝯrietatis conari dꝫ errores deſtruere:q̄ ſunt ſeminati inter ſaracenos tartaros ⁊ iter iudeos.cũ quibꝰ erroribus ſunt cõtra fidẽ xpianã. Debet etiaꝫ deſtruere ſciſmata: que ſemiata ſunt iter xpianos ſiue ſciſmaticos deuiatos a vera fide xpiana. Fides ẽt pape dꝫ eẽ pricipiũ et lumẽ ꝑ bonũ exẽplũ eundo ante omes oues ſuas.vt locũ videãt:in q̄ ſunt paſture ⁊ aq̄ viue euterne. Fides ẽt pape dꝫ eẽ mediũ:in q̄ accipiat lumen a deo/⁊ ꝙ illud det ſuo ppło. ſicut luna q̄ ꝟtutẽ accipit a ſole: ⁊ illã influit plantis īferioribꝰ ⁊ ſubſtãtijs ſenſatis. Fides ẽt pape ſe dꝫ hr̃e ad finẽ:ꝓpter quẽ ipẽ eſt papa.qui ſiquidẽ finis eſt:vt illuminet cũ ſua fide vias et oſtendat ꝑ quas ſancti vadunt ad vitã ſctãm ⁊ ꝯtemplatiuã ⁊ ad penitẽtiã. Fides etiã pape ita debet eſſe maior ſicut paſtor maior eſt ouibꝰ ſuis. Fides etiam pape dꝫ eſſe eq̄lis cum fide ſuarũ ouiũ in credendo illa que ſunt vera dei. Et etiam q: papa eſt paſtor/⁊ eſt in vna fide cũ ſuis ouibꝰ:inclinare ſe dꝫ ad minoritates illarũ.vt ipas ſupra aſcẽdere faciat ad recipiendũ bñficiũ de ſua maioritate. ſicẽ ignis qui ſe inclinat ad aerem.qui nõ eſt de ita magna ꝟtute:ſicut ipẽ eſt.⁊ ipm aſcẽdere facit ſupra: inquãtũ in ꝟtute ipm maiorificat. Et idẽ facit ſol de igne:qm̃ ipſum aſcendere facit.inquãtũ multiplicat calorẽ ipſiꝰ. ¶ Sicut pria ꝓncipia applicauimus ad iuſtitiã ⁊ fidẽ: q̄ ſunt de radicibꝰ arbori apłicalis:ita applicari poſſunt ad alias radices arboris: de q̄bꝰ eſt truncus. Et ita trãſeunt pria pricipia ad radices. tranſeunt ad truncum: ſm ꝙ cõuenit ſue diſpoſitioni. tranſeunt etiã ad brãchas. Et ſic de alijs partibus arboris.

¶ De trunco arboris apłicalis.

Truncus arboris apłicalis ẽ ꝑſona gñalis:q̄ dr̃ apłicꝰ.Et in h̄ trũco ponit trũcꝰ eĩalis ꝑtes que ad corpꝰ pertinẽt.⁊ arbor vegetal' ſenſualis rīnaginalis ⁊ hũanalis ſuo mõ ſicut ⁊ elementalis. Et arbor rõnalis ponit ĩ illa ꝑſona gñali ꝑtes q̄ ad aĩam ſpectãt. Et officiuꝫ apoſtolicale põit gñalitatẽ ꝑſone cũ ꝑma ꝑte arboris moral'. Idcirco truncꝰ apłicalis eſt maior ⁊ plenior magnitudie bõitatis ⁊ aliaꝝ ꝟtutũ ꝙ aliq̄s aliꝰ truncꝰ ſui ppłi.q: in illo ſtãt alij trunci ſui ppłi ordinati ⁊ diſpoſiti ad finẽ ꝓpter quẽ ſunt creati. Verũtñ ſi papa ſit malꝰ:nullꝰ trũcus ẽ ita dãnoſus ſicut ſuꝰ truncꝰ:nec ĩ q̄ tãtũ ꝑuertit̃ d̄ bono ĩ malũ:nec q̄ tãta pena ſit dignꝰ.ſicut ſi ẽ bonꝰ:ẽ dignꝰ ꝙ maiorẽ gloriã habeat ꝙ aliq̄s aliꝰ. Sol maior ẽ ꝙ luna:idcirco lũa accipit a ſole bñficiũ:⁊ nõ eſſet decẽs ꝙ ſol a luna bñficiũ acciperet.q: ſtat ſuperiꝰ:⁊ ẽ maior luna. verũtñ eſt vna opinio nãlis: ꝙ lux ſolis eſt punctus:q̄ eſt cẽtruꝫ plurium linearuꝫ que ſunt de luce ſtellaꝝ fixarum in firmamẽto que ſuã virtutẽ aggregãt ĩ ſole. vt ĩ ipſo influẽtia fiat inferiꝰ a ſtellis:q̄ ſunt ſupra in pluribꝰ ꝑtibus.ſm ꝙ iſta corpa inferiora hñt indigẽtiã de influẽtijs ſuperioribꝰ. Similimõ truncꝰ apoſtolicał aliꝰ ẽ ĩ ꝟtute ꝑ influẽtiã:q̄ ẽ ſupra ꝑ ieſum xpm ⁊ ꝑ ſanctos:⁊ ẽ ꝯgregatio:in q̄ diuiditur ⁊ tranſmittitur influẽtia ſui officij ⁊ ſue virtutis ad trũcos inferiores ꝑticulares:q̄ ipſa indigẽt.vt illuminati ſint et edocti ꝑ illũ:⁊ etiã diſpoſiti ad accipiendũ influẽtias a ſupra. Eſt ergo trũcꝰ apoſtolicalis ſilis ſoli in ſplẽdore ⁊ in officio. Et idõ trunci q̄ ſunt iferiores ⁊ ſui ꝑticulares ⁊ ſibi cõmiſſi: debẽt ei reuerẽtiã facere ⁊ honorẽ ſicut partes ſuo toti. Eſt ergo pulchra ⁊ nobilis huiuſmodi aſſituatio ſplẽdoris:q̄ eſt ĩ medio influẽtiaꝝ exiſtẽtiũ ſupra ⁊ refluẽtiaꝝ inferius. Et ſi ꝯtingat: ꝙ aliqua nebula obſcura q̄ ſit de ſcẽa ꝑte arboris moral':cõſiſtat in trunco apłicali gñali:ẽ illiꝰ figura illiꝰ nebule multuꝫ intẽſa inumbra ꝯ lucẽ:⁊ ĩ malo ꝯ bonitatẽ: et in vitio ꝯ ꝟtutẽ. Et q: ẽ in loco alto:eſt viſa a pluribꝰ hoĩbꝰ. Et q: ẽ magna vmbra:magnã impedit claritatẽ:q̄ de trũco ſuperiori ad truncos iferiores ⁊ ꝑticulares deſcendere non põt. Unde ſequitur magna priuatio boni: ⁊ ita magna ſicut eſt vmbra. Et tantuꝫ de malo multiplicat

illa vmbra.ſicut eſt priuatio boni.Et in h
paſſu cognoſcit: q ſicut truncus apſtica-
lis per virtutẽ et ſplendorẽ eſt cã ad magnũ
bonũ:ita p vitiũ et p tenebras põt eẽ cau-
ſa ad magnũ malũ. Et ppter h mirabile
eſt:quõ tantũ diligant hoies eẽ in officio
apſticali.cũ ſit ita periculoſũ. ¶ Trũcus
eſt in medio radicũ et brancharũ.qm ipſe
eſt per radices.et brãche ſunt p trũcũ. Et
qñ radices deficiũt:trũcus deficit.et quan
do deficit trũcus:deficiũt brãche.et in de-
fectu brãchaꝝ defectũ hñt rami folia flo-
res et fruct⁹. Eſt ergo valde neceſſariũ: q
truncus habeat bonas radices. q ſi ma-
las habeat:ipſas hz ꝯtra ſeipſum/et facit
malas branchas/et in ipſo rami deſiccan
tur folia flores et fruct⁹.Et de hoc experiẽ
tiam hẽmus in plãtis et in ordinatõe mũ
di et in brcuib⁹ alis ecclie btĩ petri:ſub q-
bus alis oẽs hoies hui⁹ mundi eſſe debe-
rẽt et quieſcere.vt cũ illis alis ad ſctãm vi
tã eternalẽ volarẽt et aſcẽderẽt.Extẽſio
et alaꝝ mltiplicatio ſtat i diſpõne trũci. et
diſpõ trũci ſtat i cremẽto et mltiplicatiõe
radicũ.Et hec diſpõ cremẽti et multiplica
tionis ſtat in libertate trũci. q eſt gñalis
potentia ad mouẽdũ ad ſe radices cũ ma
gnitudine bonitatis et aliarũ radicũ. Si-
cut ſubã q ſibi attrahit ſuas partes nãles
cũ ſit magna i bonitate duratiõe et ptãte.

¶ De brãchis arboris apoſtolicalis.

Branche arboris apſtica-
lis ſunt cardinales/patri
arche/archiepi/epi/abba
tes/priores/et miniſtri/et
alie perſone cõmunes.Et
iſte branche ſunt ſui offi-
ciales.vt ſuũ ppl'm regere poſſit ſm natu
ram finis:quare truncus eſt perſona gñã
lis et cõmunis ſm radices: que ad truncũ
ptinent.ſicut plures ptes que ptinent ad
ſuum totũ.De bono trũco bona brãcha.
et quãto meliores et maiores ſunt brãche:
melior et maior eſt truncus: et econuerſo.
qm in bonitate et magnitudine trũci ſtãt
bonitas et magnitudo brãcharũ: oz ergo
magnã eſſe concordiã inter trũcũ et brã-
chas/et inter vnã brãchã et aliã.vt in trun
co et in branchis ſit magnitudo bonita-
tis et aliarũ radicum trunci.que ſunt ge-
nerales ad radices brãchaꝝ pticularium.
Et qñ ꝯtingit: q ſit ꝯtrarietas inter trun
cũ et brãchas/et inter brãchã et brãchaz:
peruertitur magnitudo bonitatis in ma
gnitudinem malitie.q truncũ et brãchas
vulnerat.per quoꝝ vulnera rami infirmã
tur et folia ſimiliter flores et fructus arbo
ris.Eſt ergo magna priuatio boni ꝯtra-
rietas:ſi ſit in arbore apoſtolicali. ¶ Si
cut trũcus eſt punctus ex plurib⁹ termi-
nis aggregatus:q ſunt termini ſuaꝝ ra-
dicũ:ita ẽ vn⁹ punctus et vnus centrũ:ad
quod ſe habent plures brãche.Et ſic trũ
cus eſt punct⁹ duplex.qm vn⁹ punct⁹ eſt
per inferiorẽ naturã/et alius ẽ p naturã
ſuperiorẽ.Et ſi iſte due nature ſint in quã
titate diſcreta non aũt in continua.tunc
infirmantur.quare ſanitas ambaꝝ natu
rarum ſtat in continua quantitate.vt vna
natura ſit in alia.vt trũcus in oĩbus ſuis
partibus ſit plenus et branche ſimiliter.et
q ſit influentia et refluẽtia de quãtitatib⁹
diſcretis in vna continua quãtitate.Et p
talẽ influẽtiã et refluẽtiã creſcit trunc⁹ p
radices.et creſcũt brãche p trũcũ.Et trũ
cus dat brãchis ſuã ſimilitudinem: quaꝫ
accipit inferi⁹.Et brãche dãt trũco ſuas
ſimilitudines:quas accipiũt ab ipſo. Et
ideo qñ fit cõcordãtia de quãtitatib⁹ di-
ſcretis in continua quantitate talia ſunt
poſſibilia in magnitudine bonitatis in
branchis.q poſſibilia nõ ſunt:qñ diſcre-
te quãtitates nõ ſunt in cõtinua quanti-
tate aggregate. ¶ Scdm q dictũ ẽ i trũ-
co arboris elalis:truncus trãſit in tertiũ
numerũ inquãtũ vn⁹ numer⁹ fit ex pluri
bus nũeris.ſic ſimilimõ truncus arboris
apoſtolical' trãſit i tertiũ nũerũ. q: gñal'
eſt ad plures nũeros pticulares.Et idem
eſt de brãchis trũci arboris apoſtolical':
q trãſeũt in numerũ brãche:ita p naturã
trunci:ſicut trũc⁹ arbori elalis p naturã
ſuaꝝ radicũ in numerũ tertiũ tranſit. Et
ſicut trũc⁹ elemẽtalis retinet naturã ſua-
rũ radicũ:q̃uis in numerũ tertiũ trãſeat
inquãtum nõ eſt ſue radices:ſic branche
trunci apoſtolicalis retinere debent natu
ram trunci:de quo ſunt:licet nulla bran-
cha ſit truncus.Et ſicut nulla radix trun
ci arboris elementalis appetitum habet

q̄ eſſet truncus.cum ita ſit: ꝙ naturaliter
q̄lꝫ radix h̄eat appetitū ad ꝯſeruādū ſuū
nūerū: ⁊ etiā ꝑs appetitū nō hꝫ ſꝫ curſuꝫ
nālē ꝙ ſit totū. ita brāche arboris apl̄ica
lis ꝯſeruare debēt ſuū nūerū. nec aliq̄ ipa
rū debet hr̄e appetitū: ꝙ ipa trūcus eſſet.
nec trūcus appetitū hr̄e dꝫ: ꝙ brācha nō
ſit brācha: ex q̄ nām trunci ꝯſeruat. Et in
hoc paſſu multum habet̄ de cognitione:
per quā ſtatus trunci ſiue brancharum vi
detur ſiue apparet.

¶ De ramis arboris apl̄icalis.

RAmi arboris apl̄icalis ſunt.x.
iter alios: ⁊ alios.vij.ramos vo
cam⁹: q̄ poſiti ſunt in arbore im
periali.q̄ etiā pertinēt ad officiū apl̄icuꝫ.
¶ Decem ꝟo rami ſunt.x. p̄cepta.q̄ ſunt
vnū deū colere: ⁊ diē ſabbatū ſeruare: no
men dei in vanū nō accipere: pr̄em ⁊ ma
trē honorare: falſuꝫ teſtimoniū nō ꝓhibe
re: non furari: nō occidere: non luxuriari:
nō cōcupiſcere vxorē alterius: nō ꝯcupiſce
re rē ꝓximi. Verūtū m̄lta alia p̄cepta ſub
iſtis.x.intelligunt̄. Et iſta.x.p̄cepta appli
cari poſſunt ad.ij.p̄cepta: q̄ dn̄s ieſus xp̄s
dixit: cū ab eo q̄rebat̄. quorum primū eſt.
Dilige dn̄m deū tuū ex toto corde tuo/et
ex omni mēte tua/⁊ ex oīb⁹ viribus tuis.
Scd̄m eſt. Dilige ꝓximū tuū ſicut teipm̄.
Et de iſtis duobus preceptis tractare in
tendimus. Et primo de primo.

¶ De p̄mo precepto arb. apl̄icalis.

PRimū preceptū diuidit̄ in.iiij.
partes. Vna eſt: inquātū dicit:
dilige dn̄m deū tuū ex toto cor
de tuo. Iſtud p̄ceptū factū ē volūtati. qm̄
cor eſt locus i q̄ volūtas obiectū eligit.qd̄
deſiderat vel odit. ⁊ inquātū dicit ex oīni
mēte tua: ē factū p̄ceptū intellectui ⁊ me
morie.q̄ volūtatē antecedūt: qm̄ fit mens
vt ſibi obiectū eligat. Et iſtud.ij.preceptū
eſt duplex.vnū fit memorie. ⁊ aliud intel
lectui.et ita ſunt tria mandata. Et inquā
tum dicit ex oīb⁹ virib⁹ tuis: precepta mul
tiplicātur in multiplicatiōe aīarū: q̄ ſunt
potentie.vꝫ aīa vegetatiua ⁊ ſenſitiua. et
etiā intelligere poſſumus potētiā imagi
natiuā ⁊ potētiā elemētatiuā: inquantū
aīa poteſtateꝫ hꝫ in eſſatis.vn̄ p̄cepta ſunt
ſex.ex parte aīe rōnalis ſunt tria.⁊ ex par
te vegetatiue eſt vnū. et ex parte ſenſitiue
aliud.⁊ ex parte imaginatiue reliquū. Et
ita.iiij.p̄cepta q̄ in p̄ria parte ꝯtinēt: mul
tiplicant̄ in.vj.partes. ¶ Scd̄m p̄ceptuꝫ
inquātū dicit. Dilige ꝓximū tuū ſicut te
ipſum: multiplicatur in p̄dictis.vi.parti
bus.cum ita ſit: ꝙ homo ſit amabilis: in
quantū ſua volūtas: ſuus intellectus: ſua
memoria: ſua potentia: imaginatiua: ſen
ſitiua.et ſua potētia vegetatiua ſunt ama
biles.⁊ etiā inquātū elemētatiua (que eſt
vna pars hominis) eſt amabilis per ipm̄.
ſicut pars q̄ eſt amabilis ꝑ ſuū totū. Et iō
ꝓceſſum iſtoruꝫ ramorū ducere volumus
duobus preceptis multiplicatis in.vij.ita
ꝙ prima pars eſt mandatū voluntatis. ſe
cūda intellectus. tertia memorie. quarta
eſt mādatū imaginatiue. quīta ſenſitiue.
ſexta vegetatiue.⁊ ſeptima pars eſt man
datū potentie eſſatiue. Vnde oīa iſta pre
cepta facta ſunt dn̄o pape omnibuſq̄ ſub
ditis ſuis.⁊ tanto pl⁹ ei q̄ alicui alij: quā
toplus poteſt deo ſeruire q̄ aliquis ali⁹.
Et ſic de cardinalib⁹ ⁊ alijs gradibus: ſꝫ
ꝙ ſunt in ſuꝑiorib⁹ gradib⁹. ſicut ignis q̄
ſm̄ curſuꝫ naturalē vult: ꝙ piper qd̄ eſt in
quarto gradu caloris: plus calore vtatur
q̄ cinamomū: qd̄ eſt in tertio gradu calo
ris.⁊ cinamomū q̄ fenicul⁹.q̄ non eſt niſi
in ſcd̄o gradu caloris.⁊ fenicul⁹ q̄ aniſū.
qd̄ non eſt niſi in p̄mo gradu caloris. Et
in hoc paſſu cognoſcit̄: ꝙ ꝑſone publice
ſeu cōmunes q̄to ſunt i altiori gradu: tā
toplus obligate ſunt ad obſeruandū pre
cepta dei: ⁊ plus ſunt inobediētes: ſi ei nō
obediāt: q̄ ꝑſone: q̄ nō ſunt cōmunes.

¶ De p̄rio precepto arboris apoſto
licalis.quod.fit voluntati.

SAncto patri apl̄ico fit mandatū
ꝙ deū diligat ex toto corde ſuo.
Et quia de⁹ eſt magnus dn̄s: ma
gnum facit mandatum.et facit illud ma
gne perſone. quoniā apoſtolicus eſt ma
gnus: inquantum eſt perſona cōmunis.et
mandatū ſue volūtati eſt factum: ſub qua
plures ſunt voluntates ad obediendum
voluntati ſuperiori. Et quia voluntas eſt
magna: que eſt ſuperius: ⁊ dicit deus. ꝙ
de tota ſeipſa euꝫ diligat: in hoc facit mā
datū toti poteſtati voluntatis ⁊ toti ma

gnitudini: quā volūtas hꝫ in amādo/ et ſimiliter toti ſue bonitati durationi ꝟtuti veritati concordātie ꝑncipio medio ꝛ fini maioritati ꝛ equalitati. Et idō mādatū ſit de pluribꝰ et magnis. ꝛ ſit ad amandū magna: vꝫ bonitatē dei ꝛ ſuā magnitudinē. ꝛ ſic de aliis formis ſibi eſſentialibus. Et magnū eſt: ꝙ voluntas aplīci q̄ eſt ita alta (q2 eſt generalis ꝛ eſt dn̄a ſupra tot ꝛ tātas volūtates) deū diligat de tota ſeipā vꝫ de tota ſua bonitate magnitudine duratione ptāte ꝛ ceteris. Debet ergo omne bonū diligere: quod diligere pōt: ꝛ amare dꝫ ita magnū bonum: ſicut ſuū amare poteſt eſſe magnū. ꝛ tantū debet amare: ſicut poteſt durare ſuū amare. Et in hoc paſſu cognoſcitur: ꝙ voluntas aplīci eſt obligata ad amādū: quantū poteſt honorē dei ꝛ vtilitatem ſui populi.

¶ De ſecūdo ꝑcepto arboris apoſtolicalis quod ſit intellectui.

Deus precepit intellectui aplīco ꝙ ipm intelligat/ ꝛ ꝙ ipm ītelligi faciat de tota ſua bonitate magnitudine ptāte duratiōe ꝟtute ꝛ ꝟitate. ꝛ ſic de aliis formis. Et iſtud preceptū ſignificat cōuerſionē gentiū/ ipſis electis ab errore ꝛ deductis ad intelligendū veritatē dei eiuſq; opationū: vt in gr̄a dei quieſcere valeant ſine fine. ¶ Eſt ergo ꝑceptū magnū: qm̄ eſt magni dn̄i/ ꝛ ſit magno dn̄o: q̄ intellectū hꝫ gn̄alē ad plēs intellectꝰ. ꝛ de magnis rebꝰ ē factū/ ꝛ q̄ ſunt bone ꝛ durabiles q̄ pn̄t eē magne. q2 deꝰ ꝑceptū aliqđ de rebꝰ īpoſſibilibꝰ nō facit. q̄re aplīcus obedire pt mādato: qđ ſit ei. et obligatꝰ eſt ad obediendum dn̄o ſupremo tantū quātū mandatū eſt magnū/ et tantū quātū res poſſibiles ſunt: ꝙ intelligantur ad honorē dei ꝛ vtilitatē ſui populi. Et iſtud mandatū facit deus ei. inquātū dicit ei: ꝙ diligat deū ex tota ſua mēte.

¶ De tertio ꝑcepto arboris apoſtoſtolicalis quod ſit memorie.

Memoria aplīci creata eſt ad recolēdū deū. ꝛ etiā creata eſt: ꝙ faciat deū a ſuo pplo recoli. Et ſit ei mādatū: ꝙ de tota ſua ptāte quā hꝫ in magnitudine bonitatis duratiōis virtutis veritatis: ꝛ ſic de aliis formis: recolat deum/ et faciat ipſum a ſuo populo recoli: qui ſibi cōmiſſus eſt ad recolendum deū operationeſq; eius. Et iſtud mandatū facit ei deꝰ inquātū dicit ei: ꝙ ipm diligat ex tota mente. Eſt ergo mandatū magnum/ ꝛ ſit de rebus magnis ꝛ magno domino: ſub quo ſunt tot et tanti homines obligati ad ſequendū ſuā voluntatē. Et tū quod ſuus intellectus intelligit/ ꝛ qđ ſua memoria iuſte recolere poteſt: ſm ꝙ ē mādatū ei. Quare ſicut mandatum eſt magnum: obedientia debet eſſe magna. et ſi obedientia nō eſt magna: inobedientia ē magna: ꝛ ſic magnitudo peruertit de obedientia in inobedientiā. Unde ſequitur magnum malū potens durabile falſum ꝛ vitioſuꝫ. vnde multa mala ſequuntur. Et hoc paſſu cognoſcitur in hoc: ꝙ deus facit magnum mandatum ꝛ magno domino ꝛ de magnis: ꝙ ipſe vult recoli cuꝫ magnitudine bonitatis durationis poteſtatis ꝟtutis ꝛ ꝟitatis. Que ſiq̄dem magnitudo eſt amabilis ītelligibilis ꝛ poſſibilis ꝑ ptātem/ et bona per bonitatē/ ꝛ virtuoſa per virtutem/ et vera per veritatem/ et durabilis per durationem. Cognoſcitur etiam ꝙ deus non vult recoli cum paruitate recolendi: poſtꝙ̄ recolere poteſt eſſe cum magnitudine bonitatis durationis et ceterarum.

¶ De quarto precepto arboris apoſtolicalis qđ ſit imaginationi.

Inquātū deus mandat ꝙ ipſe diligatur ex oībꝰ viribꝰ: quas hō hꝫ ꝛ hō hꝫ vim in imaginādo bona: que facere poteſt: eſt factum mandatū homini. ꝙ diligat deum cuꝫ imaginatione. Et iſtud mādatum ſignificat: ꝙ deus facit aplīco mādatū: ꝙ ipſum faciat diligi a ſuo populo ſiue a ſuis gentibꝰ artis mechanice. que operantur cuꝫ imaginatōe. ſicut magiſtri ſciarū ꝛ artiū liberaliū q̄ cū mente intellectus operantur: de qua ſupradictum eſt. Eſt ergo factum mandatū apoſtolico: ꝙ homines ſuos deū diligere faciat. vꝫ hoīes q̄ ſunt artiū liberaliū ꝛ homines q̄ fruuntur arte mechanica. ¶ Eſt ꝗ̄ iſtud mandatū magnū: q2 ſit a magno dn̄o ꝛ factū eſt magno dn̄o: q̄ magnam hꝫ ptātē: ꝙ deū amari faciat ī pluribꝰ rebꝰ

et magnis. Et ideo magnuꝫ mirabile eſt: quõ aliqs papa diu viuere poſſit vel dormire/vel quõ poſſit in aliq̃ eē ocioſus: cū teneat deo in tot et tãtis rebus obedire.

❡ De quinto precepto arboris apoſtolicalis quod fit potẽtie ſenſitiue.

mollicie / aſperitate / ⁊ lenitate / amaritudi
ne / ⁊ dulcedine / alteratione / generatiōe / ⁊
corruptiōe. Et idē eſt de alijs partibꝰ fir=
mamēti.

¶ De trūco arboris celeſtialis.

TRuncus arboris celeſtial' eſt
ſicut pellis extenſa circulari
ter. ⁊ eſt corpꝰ: qđ tenet a ſpe
ra ignis vſq̄ ad ſuperficiē: q̄
ſuperior eſt q̄ aliqua alia. in
tra quā omnia corpalia ↄtinent. q̄ ſiqui=

dem ſuꝑficies termin⁹ eſt: in quo truncus celeſtialis terminat. ⁊ eſt de ſuis ꝑtib⁹: vʒ de ſuis radicib⁹. ⁊ nõ participat cũ alio corpe ſuperiori. ¶ Trũc⁹ cõpoſit⁹ eſt ⁊ ꝯfuſus de ſuis radicib⁹. ⁊ ita aiat⁹ ẽ aĩa motiua. ſic truc⁹ arboris celalis celatiua/⁊ vegetalis vegetatiua/⁊ ſenſualis de ſenſitiua. ⁊ iõ ſu⁹ finis ẽ mouẽs mobile ⁊ motũ. q̃re ſuus mot⁹ ẽ rõ oĩb⁹ corpalib⁹ motib⁹ inferiorib⁹. ⁊ ſue partes ſunt oẽs obliq̃. ſ. circulares. ſicut ſua bonitas: q̃ facit arcũ ex bonificatiuo bonificabili ⁊ bonificare. ⁊ ſicut ſol: q̃ facit arcũ i die: q̃ eſt ſupra terrã: de oriẽte meridie ⁊ occidẽte. quare ſucceſſiue fit mot⁹ cõtinue. ſicut ſua bonitas in magnitudie/⁊ magni⁹ i bonitate. ⁊ ſic de aliis ptib⁹ trũci. Et iõ bonitas q̃ ẽ i rectitudine oriẽtis: hʒ appetitũ ad magnitudinẽ q̃ eſt i occidẽte: q̃ eſt bonificabilis. eſt mot⁹ i bonificare extẽſus de oriẽte ad occidẽtẽ. q̃ q̃dẽ oriẽs ⁊ occidẽs indicantur ſm diuiſiões diei ⁊ noctis: ⁊ intãtũ ſicut ſunt rectitudies trũci celalis. ſm reſpectũ ſunt plura orietia ⁊ occidẽtia ⁊ plures meridies. ſicut oriẽs qđ eſt vnũ: inquãtũ ſol orit i hieruſalẽ. ⁊ ẽ aliud: inquãtũ orit in ſicilia. ⁊ eſt aliđ: inquãtũ orit i norwegia. ⁊ ſic de aliis ptib⁹ trũci celalis Et idẽ ſeqtur de meridie ⁊ occidẽte. Et in hoc paſſu cognoſcit: ꝙ firmamẽtũ hʒ quietẽ in motu ſicut lapis i ſtatione ⁊ i ſuo cẽtro. Quĩ ſicut pluuia que cadit p aerẽ: ſe mouet ad exiſtendũ i loco vbi non ſe mouet nec mouetur: ita oẽs partes firmamẽti ſe mouẽt ad mouẽdũ. vt ſit mouẽs mobil ⁊ mot⁹. ⁊ iõ ſu⁹ mot⁹ nõ ceſſat. ¶ Trũc⁹ celeſtialis ſe mouet in circuitu. ⁊ truncus elemẽtalis ſtat in medio. ⁊ ſm rectitudines trunci elemẽtalis ⁊ trũci celeſtialis partes amborum truncoꝝ ſe reſpõdent. queadmodum ſi truncus elementalis habeat idigentiam in aliqua ſuarũ partiũ: truncus celeſtialis in cõtiguatione quã habet cũ elementali: influit ⁊ complet ⁊ ſatiſfacit elementali ſicut bonitas ſupior bonitati iferiori/et magnitudo ſupra magnitudini inferiori. Etiam ſi truncus elementalis habeat indigẽtiam de calore ſm regionem orientis cõtra frigiditatem: que eſt in regione occidẽtis: ſol qui eſt inſtrumentũ ⁊ brãcha multiplicat cũ ſuo ſplẽdore: ita calorẽ illi⁹ regionis: ſicut ignis cũ ſuo calore calorẽ: qui eſt i aqua tũc qñ illã calefacit in olla aut i vẽtre equi: qui aquã potauit. aut in folio cucurbite: qđ recipit rorẽ de nocte. ⁊ ſic de aliis rebus ſilibus iſtis. Et hoc facit ſol rõe ſue bonitatis magnitudinis ⁊ aliaꝝ. ¶ Scđm ꝙ exẽplũ dedimus in branchis arboris ſenſualis: quõ potẽtie ſe hñt ad obiecta p lineã cõtinuã celatam: ꝗuis potẽtia ad obiectũ non vadit/nec obiectũ venit ad potẽtiã: inquantũ ſunt i diſcreta q̄titate: ⁊ actus fit p naturã ambaꝝ q̄titatũ: vʒ p continuã ⁊ diſcretã: ita trũc⁹ celeſtialis ⁊ truncus celalis ſe reſpiciũt ſm continuã q̄titatẽ ⁊ diſcretã. ꝗuis ſupior truncus in inferiorẽ nõ intrat/nec truncus inferior intrat in ſuperiorẽ: inquantũ hñt diſcretã q̄titatẽ: ſed influẽtia ſupior venit inferius rõe cõtinue q̄titatis gñalis: in qua ſunt ambo trũci. ſicut in vna bonitate gñali ⁊ corporali/⁊ vna magni͏ᵉ corporali gñali. ⁊ ſic de aliis. Et i illa linea gñalitatis fit opatio in impreſſione. ſm ꝙ dedimus exẽplũ in branchis arboris ſenſualis. Et i hoc paſſu cognoſcit: ꝙ lux ſolis hic inferi⁹ nõ deſcendit: ſed ei⁹ ſilitudo accipit i ſuꝑficie arboris celalis. q̃ ipam hic inferi⁹ repreſentat p cõtinuã q̄titatẽ lucis. Et idẽ eſt de bonitate tauri ⁊ de ei⁹ motiuitate: que accipitur in bonitate ignis ⁊ in motiuitate illius. Et eius ſilitudo apparet in bonitate piperis/⁊ in motiuitate flãme. ⁊ ſic de aliis ſilibus iſtis. Et hec phia multũ delectabilis eſt ad intelligendũ. ⁊ eſt via ad cognoſcendum multa ſecreta naturalia. ¶ Truncus arboris celeſtialis ſentiri nõ põt: q2 cõfuſus eſt. ⁊ ei⁹ color ſentit in ſtellis fixis ⁊ erraticis. ⁊ eius figura circularis eſt/⁊ eſt cauſa ad oẽs circularitates ſiue circulares figuras corporales. ſed illa figura nõ poteſt videri/⁊ conſiſtit de partibus triãgularibus exiſtẽtibus in linea obliqua: vt dictũ eſt. Et ideo eſt cauſa ad triangulos inferiores. ſicut ad triangulũ: qui eſt de igne aere ⁊ de terra. ⁊ ſm reſpectũ rectitudinũ trũci celalis reſpondet ad figuram quadrangularem: ſicut meridies ⁊ media nox: que ſe reſpiciũt p lineã

corporalem generalē. ⁊ oriēs ⁊ occidens ſil̄r. Et ideo ſunt quattuor impreſſiones regionū: q̄ rn̄dent ad quattuor q̄dratos. ex quibꝰ cauſant̄ q̄drāguli īferiores. ⁊ ex illis exeūt triāguli. qr q̄drati gn̄ales in ſituatiōe triāgulari ſunt aſſituati. ¶ Trūcus celeſtialis nō eſt leuis nec pōderoſus. qm̄ ē de lineis obliq̄s ⁊ rotūdis. q̄ ſimpl̄r ſm̄ ſe nō hn̄t ſupiꝰ nec īferiꝰ. ſic̄ circulꝰ: q̄ nō hꝫ ꝑncipiū neq̧ finē ſm̄ aſſituatiōem. Nec trūcus celeſtialis eſt corruptibil' nec gn̄abil': verūtn̄ ē cā gn̄atiōi ⁊ corruptiōi ī īferioribꝰ. qr iuuat q̄buſdā plꝰ ī vno loco/ ⁊ minꝰ alijs ī alio loco. Nec trūcꝰ celeſtialis creſcit nec diminuit̄ ī ſeipo. qm̄ aliū locū nō appetit. ſꝫ illū tm̄: ī quo eſt. ⁊ idē eſt de ſuis partibꝰ. Et pl'es alias ꝓprietates poſſemꝰ dicere q̄s hꝫ trūcus celeſtialis q̄s nō hꝫ trūcꝰ hic īferior. ⁊ ſic̄ trūcꝰ inferior q̄ multas ꝓprietates hꝫ: q̄s nō hꝫ trūcꝰ ſuperior: vꝫ calorē pōderoſitatē ⁊ alia. ſꝫ qr ꝓlixitatē euitamꝰ: de pluribꝰ ꝓprietatibus trūci ſuꝑioris nō facimꝰ mentionē. ⁊ trāſimus ad branchas illius.

¶ De branchis arboris celeſtialis.

Brāche trūci celeſtialis ſunt xij. ſigna: q̄ ſiq̄deꝫ rn̄dere debēt brāchis arboris cel'al' ſm̄ ordinationē corporꝝ īferiorꝝ ⁊ corporꝝ ſuperiorꝝ. Verūtn̄ ſm̄ poſitiōeꝫ poſitā a ph'is aliq̄s ꝯtrarietates videmꝰ ſꝫ ordinē neceſſariū. ſicut aries qui iudicat̄ eſſe de cōplexiōe ignis/ ⁊ taurꝰ de cōplexione terre/ ⁊ gemini de cōplexione aeris. qm̄ ſm̄ rōnē nāl'ē ⁊ aſſituatiōem ſuprā quā opꝫ rn̄dere ſituatiōi brāchaꝝ arboris cel'alis: tria ſigna deberēt eē de cōplexiōe aeris ī vere. ⁊ tria de cōplexiōe ignis in eſtate. ⁊ tria de cōplexiōe terre ī autūno. ⁊ tria de complexiōe aque in hyeme. Tria ſigna q̄ ſunt de vere ſunt aries taurus ⁊ gemini. ⁊ tria q̄ ſunt de eſtate: ſunt cancer leo ⁊ v'go. ⁊ tria que ſunt de autūno ſunt libra ſcorpio ⁊ ſagittarius. ⁊ tria que ſunt de hyeme: ſunt capricornꝰ aquarius ⁊ piſcis. Verūtamen ſicut quattuor tempora anni vadūt in circuitu terre: ita ſigna vadūt in circuitu terre ſm̄ aſſituationem veris eſtatis autūni ⁊ hyemis. Et ſi ph'i hunc curſum errauerūt: non eſt mirandū: ſi eoꝝ ſequaces deficiūt in ſuis experimētis ⁊ iudicijs: que dāt ī arte aſtronomie. ¶ Si aries ſit bonꝰ ⁊ taurus bonus ⁊ gemini bonꝰ: totꝰ quadratꝰ veris eſt bonꝰ. Et ſicut cōcordāt ī bonitate: cōcordare debēt ī mobilitate ⁊ ī maſculinitate. Et rōe cōcordātie quā hn̄t: debēt cōcordare ī marte: q̄ dat̄ arieti/ ⁊ ī venere: q̄ dat̄ tauro/ ⁊ mercurio: q̄ dat̄ gemini. Et ad hoc ꝯdicit femininitas: quā attribuerūt tauro: ⁊ mediocritas: quam attribuerūt gemini. ⁊ ſic de alijs rebꝰ ſil'ibꝰ iſtis. q̄ ducūt pl'a incōueniētia ſm̄ poſitiones antiquas. Sicut ſaturnus: cui attribuūt cōplexionē terre. que eſt infimū elm̄/ ⁊ hꝫ tardiorē motū ⁊ minorē circulū. ⁊ ſaturnus: q̄ eſt altior planeta/ ⁊ qui maiorē curſum facit q̄ȝ oēs alij planete. Et ideo dn̄s papa ⁊ ſui frēs dn̄i cardinales bn̄facerēt: q̄ȝ ſm̄ neceſſariū ordinē impreſſionū ſuperiorꝝ ⁊ inferiorꝝ ordinari facerēt ſcientiā aſtronomie ī debitis ſituatiōibꝰ inq̄rēdo experiētias: q̄ ex illa ordinatiōe ſequerent̄. Et hec inueſtigatio fieri poſſet ſm̄ ꝓceſſum iſtiꝰ libri cū iuuamine ꝓceſſus artis inuentiue ⁊ tabule gn̄alis. ¶ Brāche arboris celeſtialis rn̄dere debēt brāchis arboris vegetalis. ſicut aries taurꝰ gemini: q̄ mouere debēt appetitiuā ad obiecta cōplexionis humide ⁊ calide rōe veris. ⁊ cācer leo v'go ad obiecta calide ⁊ ſicce complexionis in eſtate. libra ſcorpiꝰ ⁊ ſagittarius ad obiecta cōplexionis ſicce ⁊ frigide ī autūno. capricornꝰ aquariꝰ ⁊ piſcis mouere debēt appetitiuā ad obiecta frigide ⁊ humide cōplexionis ī hyeme. Verūtamē ſi leo in eſtate appetitiuā mouet ad obiectū frigidū ⁊ hūidū: facit hoc: vt plus de materia hēat ad calefaciēdū ⁊ ad deſiccandū/ ⁊ qr materia nimis calefacta ⁊ deſiccata appetitū hꝫ: q̄ȝ humefiat ⁊ frigefiat. ⁊ ſic de alijs regionibus. ¶ Branche arboris celeſtialis rn̄dere debēt branchis arboris ſenſualis. ſic aries q̄ maiorē hꝫ cōcordātiā cū viſu ꝑ humiditatē ⁊ calorem q̄ȝ leo per calorē ⁊ ſiccitatē. Et leo maiorē hꝫ cōcordātiā cū auditu ꝑ caliditatē ⁊ ſiccitatē q̄ȝ piſcis per frigiditatē ⁊ humiditatē. ⁊ ſic de alijs ſimilibus iſtis. Idē ſequitur in branchis ſpiritualibus.

Et q: aries maiorē hēre debet cōcordātiā ꝓpter cor cū volūtate ꝑ hūiditatē ꝛ calo= re ꝙ piſcis ꝑ frigiditatē ꝛ hūiditatē/ vel ſagittari⁹ ꝑ ſiccitatē ꝛ frigiditatē. Et leo maiorē dꝫ hēre cōcordātiā ꝓpter cerebꝛū in anticipite cū intellectu ꝑ calorem ꝛ ſic citatem ꝙ piſcis ꝑ frigiditatē ꝛ humidi= tatē. Et ſcorpio maiorē dꝫ hēre ꝯcordātiā ꝑ cerebꝛū cū memoria in occipite retro ꝑ frigiditatē ꝛ ſiccitatē ꝙ gemini ꝑ humidi tatem ꝛ calorē. Et idē ſequit̄ de brachijs tibijs ꝛ ceteris mēbris hominis. Et i hoc paſſu cognoſcit̄ quo tpe anni ꝛ qua hora diei ꝛ noctis medici dare debēt ſuis patiē tibus medicinas. ꝛ quomō vnū ſignū con cordat ad dādū medicinā vni membꝛo/ ꝛ aliud ſignū ad dādū medicinā alij mem= bꝛo. ¶ Quia terra ē i medio octaue ſpe= ſtāt ſemper ſex ſigna ſuꝑ ſupficiē terre ſu= perius. ꝛ alia ſex ſtāt inferi⁹. ſicut ꝑ lineaꝫ rectā de oriente ad occidētē/ ꝛ de meridie ad ſeptētrionē. Idcirco quodlibet ſignuꝫ aſcēdit ſꝫ reſpectū rectitudinis terre. Ut pōam⁹: ꝙ oriēs ſit. a. ꝛ occidēs ſit. c. ꝛ me ridies ſit. b. ꝛ ſeptētrio ſit. d. Aſcēdunt er go aries taur⁹ ꝛ gemini de. a. vſqꝫ ad. b. ꝛ cācer leo ꝛ ꝟgo de. b. vſqꝫ ad. c. ꝛ libꝛa ſcor pio ꝛ ſagittari⁹ de. c. vſqꝫ ad. d. ꝛ capꝛicor nus aquari⁹ ꝛ piſcis de. d. vſqꝫ ad. a. Et ꝓ pter h̄ experiētiā habem⁹: ꝙ ſol calidior eſt: qñ deſcēdit de. b. vſqꝫ ad. c. ꝙ qñ aſcen dit de. a. vſqꝫ ad. b. q: plus recipit de vir= tute a cancro leone ꝛ virgine ꝙ ex ariete tauro ꝛ ex gemini. ¶ Ariete aſcēdēte de a. vſqꝫ ad. b. eſt eius aſcenſus caput. ꝛ ei⁹ deſcēſus eſt de. b. vſqꝫ ad. c. qđ ē ei⁹ cauda. b. ꝟo eſt eius mediū. Idcirco ꝑ vnū mo= dū influit ad brāchas arboris celīalis ſm caput/ ꝛ per aliū ſꝫ mediū/ ꝛ ꝑ aliū modū ſm caudā. Idcirco aſtronomus vnuꝫ iu= dicium facit in capite/ aliud in medio/ et aliud i cauda. Et idē facit de alijs ſignis. Faciunt etiā iudiciū de cācro/ ariete/ li= bꝛa/ ꝛ capꝛicorno. q̄ ſunt mobiles: videli= cet ꝙ res q̄ fiunt in eoꝝ dñio: nō durant. ꝛ ꝙ ille res durāt: q̄ fiunt de dominatiōe tauri/ leonis/ ſcorpionis/ ꝛ aquarij: q̄ non ſunt mobiles. ꝛ ꝙ ille res durāt/ ꝛ nō du= rāt multum: que fiūt in dñatiōe geminis virginis ꝛ ſagittarij ꝛ piſcis: qui mobiles ſunt in parte ꝛ non in toto. ¶ Deſcēdit aries de. b. vſqꝫ ad. c. ſm aſſituationē cir= culi ſuperioris. q̄ ē de. a. vſqꝫ ad. c. Et pri⁹ gemini deſcēdit ꝙ ipſe/ ꝛ taur⁹ ſimiliter. Idcirco aſtronom⁹ prius iudiciū facit de gemini in quadrāgulo de. b. ꝛ de. c. ꝙ de tauro vel de ariete. ꝛ ſic de alijs ſignis. Id circo ſunt vigintiquattuor hore in die na turali: vt aſtronom⁹ iudicare ſciat ſignuꝫ ſm ſuā horā. Et idē de duodecim mēſib⁹ ꝛ quattuor tēporib⁹ āni. de quib⁹ dictū ē.

¶ Maſculinitas ratiōe forme vni ſigno attribuitur. ꝛ femininitas ratione mate= rie attribuitur alij ſigno. ꝛ hoc vt vnum ſignum habeat actionem/ ꝛ aliud paſſio= nē. ꝛ vt de illo qđ hꝫ actionē: ſequat̄ ma= ſculus ꝛ dies. ꝛ de illo qđ hꝫ paſſionē: ſe= quatur femina ꝛ nox. Uerūtamen in vna eadē regione ꝛ hora generant̄ maſculus ꝛ femina. ꝛ hoc eſt rōne cōceptionis cor= poꝝ inferioꝝ. q̄ recipiunt impꝛeſſiones a ſuperioꝛibus: ſm ꝙ diſpoſita ſunt ad reci piendū. Sicut ignis: q̄ ſemꝑ habet natu rā calefaciēdi illā ſubſtātiā: quā tāgit: ve rūtamē nō calefacit pellē ſalamādre: q̄ vi uit in igne. ꝛ hoc eſt: q: nata eſt ꝛ nutrita in igne/ ꝛ ē plus ex ipſo ꝙ ex alio elemen= to. Conſimilr̄ nō ꝙuis vnū ſignū ſit ma= ſculus: eius maſculinitas nō eſt rō: ꝙ ſua regio maſculuꝫ ꝓducat in illa materia: q̄ pl⁹ diſpoſita eſt ad feminā ſm diſpoſitio= nē brācharū arboris celīalis. Et in hoc paſ ſu cognoſcit̄: ꝙ grauia ſunt iudicia aſtro nomie ad intelligendū. ¶ Ratio quare attribuitur vni ſigno mobilitas / ꝛ alij ſta tio: eſt: qm̄ opꝫ: ꝙ res q̄ per generationeꝫ ꝓducunt̄: ꝑ motū ꝓducātur. q̄ eſt augmē talis ꝛ de cauſis alterabilibus: de q̄ motu inſtrumēta fatigantur: ſicut equus q̄ fati gatur ad currēdū ꝛ cor ad cogitādū ꝛ os ad loquēdū ꝛ man⁹ ad operādū. Idcirco nā requirit quietē. ſm ꝙ experiētiā habe mus in dormiēdo ꝛ in plātis: q̄ fruct⁹ nō reddūt in hyeme. ꝛ equus q̄ fatigatus eſt ad curredū. ꝛ baliſta q̄ feſſa eſt ad trahen dū: q̄ nō facit magnū ictū: cū ſepius trape rit. Dicit̄ ergo ꝓpter hoc: ꝙ illud ſignum qđ eſt ſtabile ſicut leo (vt dicit̄) ꝙ no ē mo bile. Et illa q̄ non ſunt mobilia: officium habēt: ex quo ſequitur quies in ſubſtātijs

ſeſſis:⁊ illa q̃ mobilia ſūt:ſicut aries q̄ hʒ
oſſiū:vt ſube ſint mobiles⁊ mouētes⁊ mo
te poſt carū qetē. Dicit̄ etiā:ꝙ aliq̄ ſigna
nō ſunt mobilia ſed mediocria.ſicut v̄go.
⁊ rō eſt hec:qꝛ motiuitas mobilitas ⁊ ſta
bilitas ſibiīnuicē obuiāt.Et oīa iſta fiūt
ſm impꝛeſſiōes inferioꝛes. cū ita ſit:ꝙ ſi-
gna ꝯtinue fixa ſtant in firmamento ⁊ in
partibus illiꝰ.ſm iudiciū qḋ fit de mobili
tate in vno/⁊ de immobilitate in alio et
de mediocritate in alio:fit rōne reſpectus
inferiꝰ. Sicut ſol cū vna eadē v̄tute tegu
lā deſiccat ⁊ cerā fundit. ¶ Q: bonū eſt
eſſe/⁊ malū eſt nō eē: dictū eſt:ꝙ eſſe ē bo
nū/⁊ nō eſſe eſt malū.⁊ iō d̄r:ꝙ aliq̄ ſigna
q̄ cauſant eē: ſunt bona/ ⁊ aliqua ſigna q̄
non cauſant eſſe:ſunt mala.Et in h̄ aſtro
nomi iudiciū accipitur:ꝙ aries eſt bonus:
qꝛ ex ipſo ſequit̄ bonū.⁊ leo eſt malus: qꝛ
ex eo ſequitur guerre⁊ ꝑlia.Etiā d̄r ꝙ bo
na ſigna fortunāt hoīes ad bonā ꝓſperi-
tatē ⁊ lōgā vitā ⁊ ſanitatē⁊ placita.⁊ ma
la faciūt cōtrariū.Et hoc intendunt dice
re ſm impꝛeſſiōes naturales:qbꝰ aīa rōne
ſue libertatis nō ſemꝑ cōſentit:etiā quia
deus ſm ſuā bonitatē aut iuſtitiā vtitur
ſuo effectu ad volūtatē ſuā in oī tēpoꝛe et
in omni loco. Idcirco malefaciunt aſtro
nomi:qui tātū cōfidūt in iudicio ipꝛeſſio
nū coꝛpoꝝ ſuperioꝝ factaꝝ hic inferius:q̄
ita deſtrui poſſunt ſupꝛa curſum illarum
impꝛeſſionū ꝑ deū ⁊ ꝑ liberā voluntatem
hoīs ſʒ arboꝛē moꝛalē.Sicut hō deſtrue
re poteſt litteras in cera impꝛeſſas ꝑ gra-
fium aut per ſigillum.

¶ De ramis arboꝛis celeſtialis.

RAmi arboꝛ celeſtial' ſunt
ſeptē planete.Et dicūt an
tiqui ph̄i:ꝙ ſaturnꝰ eſt ſu
perioꝛ/⁊ iupit̄ poſtmodū:
⁊ ſic ꝑ oꝛdinē de alijs vſq3
ad lunā.Et dicūt ꝙ ſatur
nus ē malꝰ/⁊ ꝙ cauſat plūbū ⁊ diē ſabba
ti.Et dicūt ipſum eſſe de cōplexione terre.
Dicūt etiā:ꝙ iupiter eſt bonꝰ:⁊ qḋ cauſat
ſtagnū ⁊ diē iouis:⁊ qḋ ſit de cōplexione
aeris. Dicūt etiā:ꝙ mars ſit malꝰ:⁊ ꝙ cau
ſat ferrū ⁊ diē martꝫ: ⁊ ꝙ ſit de cōplexiōe
ignis.Itē dicūt:ꝙ ſol ſit bonus: ⁊ ꝙ cau
ſat aurū ⁊ diē dn̄icū:⁊ ꝙ ſit de cōplexione
ignis. Pꝛeterea dicunt:ꝙ venus ſit bo-
nus:⁊ ꝙ cauſat cupꝛū ⁊ diē veneris.⁊ ꝙ
ſit de cōplexione aque.Dicūt etiā:ꝙ mer
curiꝰ ſit neutrū/⁊ ꝙ cauſat argētū viuum
⁊ diē mercurij.Dicūt:ꝙ luna ſit bona bo-
nis ⁊ mala malis.⁊ ꝙ cauſat argētū⁊ diē
lune.⁊ ꝙ ſit de cōplexione aque.¶ Scḋʒ
aſſituationē eoꝝ opʒ ꝙ planete ſint aſſi
tuati vt aſſituationes oꝛdiate ſibiīnuicem
coꝛreſpōdeāt. Spere elemētoꝝ oꝛdinate
ſunt hoc mō.ſpā ignis eſt ſupioꝛ.⁊ ſpā ae
ris cōtiguatur cū ſpā ignis.vt ignis incli
nationē habeat ad aerem: ⁊ aer eſt ſupꝛa
ſperā aque vt inclinationem habeat ad il
lā. ⁊ aqua eſt ſupꝛa ſperā terre: vt ad illā
inclinationem habeat.Et ſic rōne inclina
tionis que fit de ſuperius ad inferius:ve-
nit influentia inferius.ſed hoc non eſt oꝛ
dinatū ſm aſſituationes:q̄s philoſophi
in planetis oꝛdinauerāt.quī poſuerūt ſa
turnū ſupꝛa: qui eſt ſiccus.⁊ aerē inferiꝰ:
q̄ eſt humidus.Et poſuerunt martē ⁊ ſolē
qui ſunt calidi:ſub aere. ⁊ ſic vno ꝑticipā
te cum alio ſequitur nimia ſimilitudo ca-
loꝛis/⁊ deſtruitur oꝛdo aſſituationis:que
ꝑtinet ad illā:q̄ ē in ſperis eoꝝ.Poſue-
runt etiā cōplexionē aque ſub mercurio
qui eſt ſiccus.Multa etiā inconueniētia
edocet ars nr̄a in aſſituatione planetarū
ſm opinionem antiquoꝛū.verūtamen ſu-
ſtinet:ꝙ ꝑ ꝯtrariā aſſituationē ſaturnus
eſſet ſuperiꝰ ꝑ ſiccitatē/⁊ iupiter poſtmo-
dū ꝑ humiditatē.vt ſequatur vna linea de
cōtrarijs.ita de ſiccitate ſupꝛa ad humi-
ditatē inferiꝰ.ſicut fit in ſperis eoꝝ.vnde
ſequit̄ cōcoꝛdātia inter caloꝛē:q̄ eſt ſupꝛa/
⁊ hūiditatē q̄ ē inferius. vʒ inter caloꝛem
ignis ⁊ hūiditatē aeris. Suſtinet etiam
ars:ꝙ caloꝛ aerꝫ quē hʒ iupiter:ad caloꝛē
ignis deſcēdat:q̄ ē de marte.Suſtiet etiā
ars: ꝙ ſiccitas martis deſcēdat ad ſiccita
tem ſolis/⁊ hūiditas veneris deſcēdat ad
ſiccitatē mercurij/⁊ ſic ſiccitas mercurij
ad hūiditatē lune.Et h̄ ſuſtiet ars vt fiat
mixtio īfluētiaꝝ planetaꝝ⁊ cōpꝛeſſionum
eoꝝ. ¶ Planete ſe mouēt de occidēte ad
oꝛientē ꝯtra motū ſignoꝝ q̄ ſe mouent de
oꝛiēte ad occidētē.Et iō fit obuiatio v̄tu
tū ⁊ influētiaꝝ firmamenti ⁊ planetaꝝ in
facie.ſicut facies arietis cum facie ſatur-

ni: q̄ ſe obuiāt facie ad faciē: quoꝝ obuia=
tio fieri nō poſſet ſi ſaturnꝰ ſe moueret de
oriente ad occidētem. Et q2 obuiatio fit
facie ad faciē: eſt maior influētia: q̄ venit
ex illa obuiatiōe hic iferius: vñ ſequit̃ ma
ior mixtio ⁊ ꝟtus hic inferiꝰ. Et ī hoc paſ
ſu cognoſcit̃: q̄re planete ſunt errātes / et
diuerſas hn̄t oꝑatiōes ſiue ordinatiōes.
¶ Sol ſuū motū hꝫ ꝑfectū ī. ccclxv. die=
bus ⁊. vi. horis. ex q̄bꝰ annꝰ cōpoſitꝰ eſt.
Et motꝰ lune fit in vno mēſe. Et ī hoc paſ
ſu cognoſcit̃: ꝙ ſol ad. xij. menſes rn̄det. q̄
diuidūtur ī. iiij. tꝑa anni q̄ ſunt ver / eſtas /
autūnꝰ / ⁊ hyēs. ⁊ quodlibet iſtoꝝ tres mē
ſes req̄rit. q2 due linee fortiores ſunt ꝑ cō
cordātiā q̄ꝫ vna ꝑ cōtrarietatē. ſicut ī eſta
te: ī q̄ fortior ē cōcordātia ī calido ⁊ ſicco
q̄ꝫ cōtrarietas: q̄ eſt inter hūidū ⁊ ſiccū. ex
q̄bꝰ fit triāgulꝰ: q̄ ē ex tribꝰ lineis ⁊ de tri
bus angulis. ⁊ q̄libet linea ⁊ angulꝰ idi=
get vno mēſe. Et oꝫ: ꝙ luna correſpōdeat
cuilibet mēſi. vt ꝯcordātiā habeat cū triā
gulo cuiuſlibet. vꝫ veris eſtatis autūni et
hyemis. Et h̄ ſic eē oꝫ: vt in ſꝑa lune iflue
tias accipiāt ⁊ colligāt ꝑ frigiditatē ⁊ hūi
ditatē. ſic̄ ī eſtate fructꝰ colligunt̃ ꝑ calidi
tatē ⁊ ſiccitatē. Et ī hoc paſſu cognoſcit̃:
ꝑ quā neceſſitatē annꝰ hꝫ. ccclxv. dies et
vi. horas: q̄s hꝫ: vt ꝯtinuari poſſit cū alio
⁊ ꝙ ſeq̄tur biſſextꝰ. ¶ Opꝫ ꝙ ſint. vij. pla
nete vt ſufficiāt ꝯcordātie q̄drāguli ⁊ triā
guli. q̄ttuor ſunt: vt hic ī iferioribꝰ q̄drā=
gulus cōſiſtat. tres ſunt: vt ī iferioribꝰ ſit
triāgulꝰ. Et mixti ſunt triāguli ⁊ quadrā
guli ꝑ mixtionē reſpectꝰ planetaꝝ vno pla
neta exiſtēte ī reſpectu alterꝰ ī vno tꝑe / ⁊
ī alio tꝑe ī alio reſpectu. Et ſic linee illoꝝ
reſpectuū ſe miſcuūt ⁊ ꝑficiūt influētiā et
virtutē: q̄ plena venit ī inferioribꝰ / multi
plicādo in inferioribꝰ ſuam ſimilitudinē.
ſicut plura lumina: q̄ vnā lucē gn̄alē mul=
tiplicāt: ⁊ plures motꝰ vnū motū gn̄alē /
⁊ plures voces vnū ſonū generalem / ⁊ plu
res gutte aq̄ mare gn̄ale. ⁊ ſic de aliis re=
bus ſimilibꝰ iſtis. ¶ Sol eſt in medio: vt
ſit terminus triangoloꝝ ⁊ quadrāguloꝝ.
Quū inquātū participat cū ſaturno ioue
⁊ marte: ſequit̃ ex oībꝰ quattuor planetis
quadrāgulus. Ut ponamꝰ: ꝙ ſaturnꝰ ſit
a. iupiter. b. mars. c. ſol. d. eſt ergo q̄dran=
gulus de. a. ad. b. ⁊ de. b. ad. c. ⁊ de. c. ad
d. ⁊ de. d. ad. a. In q̄ q̄drangulo ſunt duo
triāguli gn̄ales. vnꝰ eſt de. a. ad. c. ⁊ aliꝰ eſt
de. b. ad. d. Et ī q̄libet iſtoꝝ ſunt duo. vnꝰ
eſt de. a. et de. b. ⁊ de cētro q̄drāguli. Aliꝰ
eſt de. b. ⁊ de. c. ⁊ de cētro q̄drāguli. Aliꝰ
eſt de. c. ⁊ de. d. ⁊ de cētro q̄drāguli. Et ali
us eſt de. a. ⁊ de. d. ⁊ de cētro q̄drāguli. Et
hoc idē ſequit̃ de ſole vſq; ad lunā. Et rōe
huiꝰ habet ſol maiorē ꝟtutē ī inferioribꝰ
q̄ꝫ aliquis alius planeta. Et in hoc paſſu
cognoſcit̃: ꝙ virtꝰ eſt maior ī medio q̄ꝫ in
extremis. ¶ Rami huiꝰ arboris reſpon=
dent ramis arboris elementalis vegeta=
lis ſenſualis imaginalis ⁊ hūanalis. Ra
mis arboris elementalis reſpondent: in=
quātum ab eis cauſati ſunt: ꝙ cōponant̃
⁊ miſceantur. Quoniā illoꝝ mixtio ⁊ im
preſſio effectiue ſunt de mixtione: quā ha
bent planete ī eoꝝ reſpectu / ⁊ in dando
ſibiinuicē ſuas ſimilitudines: ſm̄ ꝙ ſe in=
uicē reſpiciunt. Ramis arboris vegetalis
reſpōdent: inquātum fit generatio corru=
ptio ⁊ priuatio ⁊ renouatio ꝑ influentiā
ſupra: q̄ datur in ſꝑa lune ad ſuperficiem.
que eſt cōtigua cū ſuperficie ignis. Sicut
piper ⁊ alleū: que generari nō poſſent ſi=
ne ſole. ⁊ plūbum ⁊ dies ſabbati: que cau=
ſantur a ſaturno. ⁊ ſic de aliis. Ramis ar
boris ſenſualis reſpōdēt: ſicut ſol: qui eſt
inſtrumentū viſui ad vidēdum / ⁊ ſicut ſa=
turnꝰ: qui eſt inſtrumentū auditui ad au=
diēdū. ⁊ ſic de aliis. Ramis arboris ima=
ginalis reſpōdent: inquātū planete ſuas
influūt ſimilitudies hic iferiꝰ. ita ꝙ de ſe
nullā partē afferūt ſubalē nec accidētalē /
nec ponūt aliq̄d poſitiue hic iferiꝰ de eoꝝ
eſſentia: ſꝫ tm̄ ſuas ſilitudines. ſicut litte
re ſigilli: q̄ nihil dimittūt de eaꝝ eēntia ī
cera. ſꝫ tm̄ ſuā ſilitudinē. Et iō imagiati=
ua ꝑ iꝑreſſiōes ſupra nāꝫ hꝫ ꝙ ſilitudines
accipiat ī ſilitudinibꝰ ſubaꝝ. Idē ſequit̃ ī
ramis arboris hūanalis. ſic̄ ī viſu cui ſol
ſuā iflult ſilitudinē. vt dictū ē. ⁊ memoria
q̄ ꝟtutē accipit ī cerebro ꝑ ſaturnū / ⁊ vo=
lūtas ī ioue / ⁊ itellectꝰ ī ſole. Scdꝫ h̄ qđ di
ctū ē / ⁊ ſꝫ plēs alias rōnes: q̄s dicere poſ=
ſemꝰ: ſignificat̃ aſſituatio planetaꝝ ⁊ ma
neries quā hn̄t ī ifluēdo iferiꝰ ſuas ſilitu
dines. q̄s hn̄t ī bōitate magnīc ⁊ ceteris.

ꝛ etiã ſm centum foꝛmas pꝛimarias: que in arboꝛe elemẽtali ponunt. Ratione cu ius aſſituatiõis haberi põt ars ꝛ modus ad cognoſcendū: vtrum ars aſtronomie ab antiquis philoſophis cõpilata verita tem contineat. vel etiã iudicia que faciũt aſtronomi: in quibus ſepius deficiunt.

¶ De folijs arboꝛis celeſtialis.

Folia arboꝛis celeſtialis comparamus accidenti bus generalibꝰ arboꝛis. que ſunt rationes accidẽ tibus inferioꝛibus. Ita vi delicet: ꝙ quãtitas regio nis arietis tauri ꝛ gemini eſt rõ et cauſa quãtitatis oꝛiẽtis vſqꝫ ad meridiẽ. Et ſic de alijs accidentibus. de quibus breuiter tractare volumus.

¶ De quãtitate arboꝛis celeſtialis.

Quãtitas arboꝛis celeſtial' duo bus modis conſideratur. con tinua ſcilicet ꝛ diſcreta. ꝛ iſtos duos modos in tribus figuris conſidera mus. videlicet in figura circulari quadrã gulari ꝛ triangulari. ¶ Quantitas cõti nua cõſideratur: vt de ariete ꝛ tauro: ꝛ ſic de alijs vſqꝫ ad piſcem/ ꝛ de ſaturno ꝛ ioue vſqꝫ ad lunam/ ꝛ de ariete ꝛ tauro: ꝛ ſic de alijs. ꝛ de ſaturno vſqꝫ ad lunã. Hec quã titas continua per totum firmamentum eſt extenſa. ꝛ eſt vna de pluribus. videli cet de quantitatibus pꝛimis radicum. et quia radices ſunt differentes: eſt ꝗtitas conti[illegible] diſcretis quantitatibus. ſi cut comm[illegible] quantitas ſubſtantie: que eſt ex diſcretis quantitatibꝰ. videlicet de foꝛma ꝛ de materia: que ſunt quante. Et hec diſcreta quantitas radicum apparet in diuerſitatibus ſignoꝛum ꝛ planetarũ. ¶ Eſt vnus alius modus quãtitatis cõ tinue: que eſt de ariete vſqꝫ ad libram/ ꝛ de cancro vſqꝫ ad ſcoꝛpionem/ ꝛ de ſaturno vſqꝫ ad lunam. Et hec compꝛehendit om nia loca que ſunt infra octauã ſperam. et ſuſtentata eſt in foꝛmis generalibus quĩ te eſſentie et etiam quattuoꝛ ſubſtantijs mundi. Et quantitas diſcreta conſiſtit in bonitate. que eſt vna in quinta eſſentia: et eſt alia in quattuoꝛ ſubſtantijs mundi. Sicut ferrũ: quod ẽ ſub vna figura in cul tello/ ꝛ ſub alia figura in martello. ꝛ idẽ de magnitudine ꝛ ceteris foꝛmis. quare ſicut in carne digiti conſiſtit vna quanti tas continua: ita tota ſubſtantia vniuer ſalis mũdi extẽſa eſt in vna quãtitate bo nitatis continue: ꝛ quãtitas cõtinua ita habet partes: que ſunt de ſua natura. ſi cut habet quãtitas continua digiti ꝑtes diſcretas: que ſunt oſſiũ. Et in hoc paſſu cognoſcatur quomodo reſpõdent quãti tates diſcrete quinte eſſentie ꝛ quattuoꝛ ſubſtantiaꝝ. que ita recipiunt influentiã ex quãtitate cõtinua ſuperioꝛi: ſicut quã titas oſſium digiti ex quantitate carnis. Et ſicut quãtitas carnis nihil ponit po ſitiuũ: que ſit de ſua eſſentia: ſed tãtũmo do de ſua natura in quantitate diſcreta oſſium: ita quantitas quinte eſſentie non ponit aliquid de ſe in quãtitatibus infe rioꝛibus inquãtũ ſua eſſentia: ſed inquã tũ ſua natura: cũ qua participat: ſm cõti nuitatẽ cũ quãtitatibus inferioꝛibus. Et in hoc paſſu cognoſcit: quõ ſol multipli cat quãtitatẽ in cremento: qđ facit plãta ꝛ in caloꝛe piperis: ꝗuis eius quantitas hic inferius nõ deſcẽdat nec a ſe recedat. licet quantitates inferioꝛes de ipſa reci piant influentiã ꝛ impꝛeſſiones. Et hec philoſophia delectabilis eſt ad intelligẽ dũ/ ꝛ eſt via ad cognoſcendum plura pꝛin cipia ꝛ ſecreta naturalia. ¶ Quantitas quinte eſſentie conſiſtit in figura circula ri ſm aſſituationẽ: que eſt de ariete vſqꝫ ad piſcem/ ꝛ de ſaturno vſqꝫ ad lunam/ ꝛ de ariete vſqꝫ ad lunã/ ꝛ eſt in figura qua drangulari: inquantũ eſt in quattuoꝛ re gionibus. vna eſt de ariete ꝛ tauro ꝛ ge mini. ꝛ alia eſt de cancro leone ꝛ virgine. ꝛ alia eſt de libra ſcoꝛpione ꝛ ſagittario. ꝛ alia eſt de capricoꝛno aquario ꝛ piſce. Et figura triangularis cõſiſtit in planetis. Et idem eſt de quadrangulari: ſm ꝙ fa ciunt triangulum et quadrangulum. Et de hac materia dictum eſt in ramis hu ius arboꝛis. Et in hoc paſſu cognoſcitur quomodo quantitas ſuperioꝛ aſſituata eſt/ et cauſa aſſituationi quantitatis in ferioꝛis ſm circulum quadrangulũ ꝛ tri angulum.

¶ De qualitate arboꝛis celeſtialis.

SOl eſt q̄lis per dñiām: quā hȝ cū aliis planetis/ꝛ q̄lis ē: qꝛ bon⁹ ē ꝛ lucēs. Et hec q̄litas ē ei ꝓpa: lȝ luna ſit bona. ſicut ignis q̄ bon⁹ ē ꝛ aer bonus. ſȝ qꝛ ignis ꝛ aer diſtīcti ſunt ꝑ calidū et hūidū eſt bonitas ignis ſub vna q̄litate/ꝛ bonitas aeris ſub alia. Idē eſt de bonitate ſolis ꝛ lune. qm̄ ſub vna ſpē ꝛ ꝓprietate ē in ſole/ꝛ ſub alia ſpē ꝛ ꝓprietate eſt in luna. Eſt alius modus qualitatis: q̄ eſt appropꝛiata. ſicut calor ſolis: q̄ eſt ei q̄litas appropꝛiata. ꝛ frigiditas lune ſilr. ꝛ hoc eſt rōe opatiōis quā hn̄t diuerſimode. qm̄ ſol eſt cū igni multiplicādo calorē rōe ſue lucis: q̄ cōcordat cū luce ignis: q̄ calidus eſt proprie. Et idē eſt de luna: q̄ in aqua multiplicat frigiditatē rōe ſue vmbroſitatis: q̄ concordat cū vmbroſitate aq̄. Et ex duabus vmbris ſequit̄ nox: q̄ eſt fons frigiditatis ꝛ vmbre. Et idē eſt de claritate lune: q̄ eſt ei q̄litas appropꝛiata ꝑ ſolē. Et idē eſt de aliis q̄litatib⁹ aliorū planetaꝝ: q̄ imprimunt ſuas ſilitudines in qualitatib⁹ propriis ꝛ appropriatis hic inferi⁹ cōſiſtentibus. Idcirco dr̄: ꝙ ſaturn⁹ eſt malus ꝛ de complexione terre. ꝛ ſic de aliis. quoniaȝ cauſa eſt inferi⁹ ad multiplicādū ſiccitatē frigiditatē ꝛ melancoliam hominum ratione cuius multas malas habent cogitationes. et ſic de aliis.

¶ De relatione arboris celeſtialis.

SOl ē de magnitudīe bonitate ꝛ ceteris. ꝛ in bonitate eſt bonificatiuum bonificabile ꝛ bonificare. in quib⁹ ſtat relatio. q̄ eſt pars ſolis/ꝛ ꝑ quā ſol hȝ nām bonificādi in relationib⁹ inferiorib⁹. que ſunt ī ſpecie bonitatis. Quare ſicut lux ſolis eſt ratio multiplicādi calorē ignis: qꝛ cuȝ illo hȝ concordantiā in luce: ita eſt ratio ei⁹ relatio ad multiplicādū relationē ignis in calefactiuo calefactibili ꝛ calefacere/ꝛ in bonificatiuo bonificabili ꝛ bonificare. Et in hoc paſſu cognoſcitur modus: ſm̄ quē accidētia ſupiora imprimūt ſuas ſilitudines in accidentibus inferi⁹. Cui intentioni ē inſtr̄m motus firmamenti et ſuaꝝ partium. q̄ maior eſt ſuperius ꝙ̄ hic inferius. ratione cuius maioritatis fiunt impreſſiones in inferioribus per ſuperiores.

¶ De actiōe ꝛ paſſiōe arboris celeſtialis.

SOl eſt de bonitate magnitudine ꝛ ceteris radicib⁹. ꝛ ei⁹ bonitas magna nō eēt: ſi nō eſſet ratio bono: ꝙ bonū faceret. verum qꝛ bonū facere bonū nō pt̄ ſine actiōe ꝛ paſſione. idcirco ſol hȝ actionē: inquātū eſt bonificatiuus. ꝛ ſuū bonificabile eēntiale eſt paſſiuus. ſicut mā ſub forā. ꝛ bōificare ē ex ambob⁹. Et idē de actiōe ꝛ paſſiōe in ſole ſub ratione bonitatis. ꝛ ſubiectū opatiōis eſt magnitudo: q̄ eſt bōificabilis ꝛ duratio ſilr. ꝛ ptās ꝛ cetere partes ſolis de ſua bonitate ſilitudines accipiūt: inquātū ſunt bone partes ꝛ eēntie ſub rōne bonitatis. Et ex hac actiōe ꝛ paſſiōe q̄ ſunt itra ſubſtātiā ſolis: ſequit̄ vna paſſio extra. ſicut ſol: qui actionē hȝ ſuper ven⁹: inquātū ei dat ſuā ſilitudinē. ꝛ ven⁹ eſt paſſiuus: inquātū illā ſilitudinē accipit. Et ven⁹ qui eſt planeta actiu⁹: inquātū actionē hȝ ſuper mercuriū/ ꝛ mercuri⁹ paſſiu⁹: iquātū ipſam accipit. Et ideȝ eſt de mercurio qui actionē hȝ ſupra lunā /ꝛ luna: q̄ paſſiua ē: inquātū ipaȝ accipit. Idcirco dr̄: ꝙ luna plus habet de materia: ꝙ̄ aliqs aliorum planetarū. vt ſua materia diſpoſita ſit ad recipiendū plures ꝛ magnas paſſiones: q̄ ſibi veniunt a ſuperioribus planetis. Idcirco luna ſignificat fortius ſuas ꝓprietates in inferioribus ꝙ̄ aliquis alius planeta. Unde marinarii lunam reſpiciunt. ꝛ homines quādo volūt ſanguinē minuere/plantare ꝛ ſcindere arbores. ꝛ femine qñ volūt cōcipere pueros. et ſic de aliis ſimilibus iſtis. ſicut cancer maris: qui ſub vna luna plenior eſt ꝙ̄ ſub alia. Et in hoc paſſu cognoſcitur: ꝙ actiōes et paſſiones ſuperiores ratiōes ſunt actionibus ꝛ paſſionibus inferioribus ſm̄ curſum naturalē. Et de hoc accipit̄ opinio: quā habent homines circa euforttuniū ꝛ infortuniuȝ. q̄ ignorāt libertates: q̄ ſunt in inferiorib⁹ in animab⁹ rationalib⁹: ſup quas corpa ſuperiora actionē nō habent. que ſiquidē aīe maiorē habent actiōeȝ ſuper corpora: cū quib⁹ coniuncte ſunt: ꝙ̄ corpa ſupiora. Et illi ſapiētes q̄ hoc cognoſcunt: dicunt ꝙ euforttunium ꝛ infortuniū nō ſunt aliquid ſm̄ realitatē rerum ſpiritualium.

❡ De habitu arboꝛis celeſtialis.

SOl hꝫ in habitu deſiccādi tegulam/⁊ mollificādi ceram. ⁊ ſicut ignis hꝫ in hitu deſiccādi tegulam rōe ſiccitatis quā accipit a terra: ita ſol hꝫ in hitu deſiccādi tegulā rōe ſiccitatis quā accipit a ſaturno. Et ſicut ignis ꝗ hꝫ in hitu mollificādi cerā ꝑ ſuū ꝓpꝛium caloꝛē: ita ſol ꝑ ſuā ꝓpꝛiā lucē hꝫ in hitu ad mouēdū ⁊ multiplicādū lucē ignis. cū qua i ſpē ꝯcoꝛdat. ⁊ cū ꝗ caloꝛē ignis mouet ad mollificādū cerā foꝛtius: inquātū ei mltiplicat caloꝛē. Et ſic indirecte ſol hꝫ in hitu mollificādi cerā rōe caloꝛis: quā mouet ita cū igne: ſicut manꝰ mouet litterā cū pēna. Et habitꝰ ſupioꝛes ſunt ita rationes habitibꝰ īferioꝛibꝰ: ſicut habitꝰ figurales lrāꝝ ſigilli habitibꝰ motis et productis in lrīs cere. Et in hoc paſſu cognoſcitur: ꝙ ꝗdā habitꝰ ſunt ex aliis in ſilitudine/ ⁊ nō materialiter. Et hec cognitio eſt paſſus: in ꝗ intellectꝰ hūanꝰ exaltat ad intelligendū pulchꝛa ſecreta naturalia.

❡ De aſſituatiōe arboꝛis celeſtialis.

SItus arboꝛis celeſtialis eſt ſignificatus ſm hoc qđ diximꝰ de ſua quātitate/ ⁊ etiā ſꝫ ſuas radices: truncū: bꝛāchas: ramos: folia: floꝛes: ⁊ fructū. Et aſſituatio iſta ſiue ſitus ꝗ eſt ſuperius: cauſa eſt iſtis ſitibꝰ īferioꝛibꝰ. ſicut ſol: ꝗ ſituatꝰ eſt in ſuo circulo mouēs ⁊ motꝰ. mouens inquantū ꝑ ſeipm̄ mouet de occidēte ad oꝛiētē. motus inquātū firmamentū ipm̄ mouet de oꝛiēte ad occidētē. ⁊ idē eſt de eiꝰ aſſituatiōe: ꝗ ſtat inter ſaturnū ⁊ lunā. Et ideo cpar conſiſtit in medio loco coꝛpoꝛis ⁊ fel in ipo: i quo ſol maioꝛem hꝫ actionē ꝙ̄ aliqs alius planeta. Et in hoc paſſu cognoſcitur: ꝙ ſitus ſupioꝛ imprimit ſuam ſimilitudinem in aſſituationibus ſubſtantiarum elementatarum.

❡ De tempoꝛe arboꝛis celeſtialis.

ARboꝛ celeſtialis aſſituata eſt in circulo: ꝗ ſm figurā non hꝫ pn̄cipiū neqꝫ finē. ſilr̄ modo motꝰ ꝗ eſt in firmamēto de ariete vſqꝫ ad taurū/ ⁊ ſic vſqꝫ ad piſcem. etiam de motu ſaturni vſqꝫ ad lunā: et de ſaturno vſqꝫ ad arietem ⁊ taurū ⁊ piſcem nullam habent vmbꝛam: ex qua ſequatur tempus dierum et noctiū ſuper ſupficiē ſpere ignis. Tēpus ergo ſupꝛa nō multiplicat diem neqꝫ noctē. ſed hic inferiꝰ rōne vmbꝛe terre. Qm̄ totū hoc qđ eſt ſupꝛa illuminatū eſt ſiue lucidū ꝑ ſolē ⁊ per ſtellas ſine vmbꝛa noctis. Veruntamē multiplicat tp̄s in alio/ nō in ſeipſo. ſicut ſaturnus: qui habet vnū motum. ⁊ iupiter qui hꝫ aliū. ⁊ ſic vſqꝫ ad lunā. Quare in illis ſtat tēpus in diſcretis quātitatibꝰ ⁊ in ſeipſo ſtat vnū. ſicut vnꝰ dies: qui ſtat in pluribꝰ momētis ſine vmbꝛa ⁊ multiplicatione pluriū dierū. Et in hoc paſſu eſt tempus reuelatū intellectui: ſm ꝙ eſt in ſe ⁊ in alio. Stat ergo tempus ita in ſeipſo ſine motu. ſicut circulus ſine pꝛincipio ⁊ fine. ❡ Sicut homo peccatoꝛ indiget mīa dei/ ⁊ homo iniuriatꝰ ſua iuſtitia: ſic ſubſtātie inferioꝛes neceſſitatem habent: ꝙ tempus ſit variatū in ſubiis ſuperioꝛibus. Sicut ſaturnꝰ ꝗ in vno tp̄e eſt in vno loco/ ⁊ in alio tp̄e in alio. ⁊ in vno tp̄e eſt i rectitudine arietī/ ⁊ in alio tēpoꝛe tauri. ⁊ iō reqrit tēpus inferiꝰ ſm ſuā aſſituationē nālē oꝛdinē ⁊ aſſituationē tēpoꝛis ſupioꝛis. vt tp̄s ſuperiꝰ hic inferiꝰ trāſmittat ſuā ſilitudinē ad tp̄s: qđ eſt hic inferius. quā accipit in ſubſtantiis elātis. ꝗ in vno tēpoꝛe ſunt/ ⁊ in alio non. aut ꝗ in vno tēpoꝛe ſunt in vno loco/ ⁊ in alio tempoꝛe in alio loco. etiam ꝙ in eodē tp̄e vna eadē ſubā opatur diuerſa. ſicut ignis qui calefacit illuminat/ ⁊ deſiccat/ ⁊ mollificat. ⁊ ſic de aliis rebꝰ ſilibꝰ iſtis ꝗ lōgū eēt narrare.

❡ De loco arboꝛis celeſtialis.

LOcus eſt vna pars arboꝛis celeſtialis. qꝛ ſicut firmamentū ſtat in tēpoꝛe ꝑ ſeipſum: ita ſtat collocatū in ſeipō. ⁊ intra ſeipꝫ ꝯtinet oīa ꝗ cū loco participāt. Et extra ſe ſꝫ curſuꝫ naturalē locus ſubiectū non hꝫ. quoniaꝫ octaua ſpera ꝯtinet oīa collocata. Idcirco dicunt aliqui ꝙ extra firmamentū naturalr̄ nō pōt eſſe aliqđ coꝛpus. vt non ſit dare locū infinitū/ nec ꝙ nā loci ſit infinita. etiam vt locus appetitū nō habeat vltra terminum in quo ſubſtantia coꝛpoꝛalis terminata ſit ⁊ collocata. Qm̄ ſicut ſi lapis ſe moueret de inferiꝰ vſqꝫ ad arietē: ei eſſet aſcēdere: qui ſiqdē motꝰ ei eēt innaturalis. ſic ſaturno eēt appetitꝰ innatura

lis: ſi vellet eē ſupra arietē vel aries ſupra taurum vel taurus ſupra arietem. Eſt ergo locus terminatus ſm curſum nālē itra octauā ſperā. Verūtñ ſm fidē tenem⁹: ꝙ ē celū criſtallinū ⁊ empireū ſupra octauam ſperam. De celo empireo loqui intēdim⁹ in arbore euiternali.

¶ De floribus arboris celeſtialis.

FLores arboris celeſtial' ſunt act⁹ exiſtētes inter potētias ⁊ obā induta de motu extēſo in illis. ⁊ ecōuerſo. Sic̄ flos arietis: q̄ ē i marte/ ⁊ flos tauri i venere/ ⁊ flos geminis i mercurio/ ⁊ cācri in luna/ ⁊ leonis i ſole/ ⁊ ꝟginis i mercurio/ ⁊ flos libre i venere/ ⁊ ſcorpionis in marte/ ⁊ ſagittarij i ioue/ ⁊ capricornij in ſaturno/ ⁊ aq̄rij i ſaturno/ ⁊ piſcis i ioue. ⁊ iſti flores ſic ꝯſiderant ſm opiniōes antiquoꝝ. q̄rū aſſituatiōi totalr ſcia nr̄a nō ꝯſentit. q̄m ordinē nō ſequunt. ⁊ ē impoſſibile: ꝙ experiētia nō ſit ſm ordinē nālez.

¶ Eſt etiā elr̄are flos. ſicut ignis q̄ i aere ꝓducit motū calefaciēdi: vñ elr̄are eſt idutū: ſic aurū ⁊ dies dñic⁹ p ſolē. Et vegetare qđ ē flos arboris vegetal': ⁊ dies iouis: q̄ eſt flos iouis: ⁊ ſentire: qđ eſt flos arboris ſenſual': ⁊ dies ſabbati: qui eſt flos ſaturni. Et imaginari flos arboris imaginalis. ⁊ argētū ⁊ dies lune: qui ſunt flos lune. Et ex iſtis florib⁹ ſuperiorib⁹ influētiā accipiunt flores inferiores. Sicut leo qui producit florem ex elementare in leoniſſa/ ⁊ pomeriū exvegetare i pomo/ et guſtus ex ſentire in comedendo/ ⁊ imaginatiua ex imaginari in fantaſia. et ſic de ceteris florib⁹. ſicut ex roſa ex lilio et ex ſcribere. Ex floribus ꝟo ſuperioribus flores qui ſunt hic inferius: non ſunt eſſentialiter nec materialiter. ſicut nota vielle: q̄ nō eſt ex eētia note iterioris: quā hꝫ ioculator in fantaſia. Sꝫ flores qui ſunt inferius: ſunt moti per agētia naturalia iferiora cū iuuamie floꝝ ſuperiorum agentibus nālibus mouētib⁹. q̄ ſe mouēt ad ꝓducēdū flores inferiores ſm curſum nālem ex eſſentijs agētiū: ſicut ſon⁹ vielle: q̄ multiplicat⁹ eſt ex eſſentijs accñtalib⁹ p tactus tactos in chordis. ⁊ leo q̄ ex ſua ſuba ꝓducat elr̄are ⁊ vegetare ſentire ⁊ imaginari: quando generat alium leonem.

¶ De fructu arboris celeſtialis.

FRuct⁹ arboris celeſtialis duob⁹ modis ꝯſiſtit. vn⁹ ē ꝺ ſua nā. ⁊ ali⁹ ē ſupra ſuā nām. q̄ colligit i celo ēpireo. Fruct⁹ q̄ ē de nā arboris celeſtial': ē ex cāis motis: ad q̄s ſe mouēt forme motiue i mouēdo mobilia. vt ꝓducāt ſubſtātias motas de potētia in actu. ⁊ idē de accñtib⁹. ſicut aurū pomū equū ⁊ corpus martini ⁊ ei⁹ caſtrū ⁊ cultellus ⁊ ſuus liber. ⁊ ſic de alijs rebus motis per agētia naturalia aut artificialia cum iuuamine formaꝝ ſupioꝝ.

¶ Fruct⁹ qui eſt ſuperior: eſt rōne finis. ſicut homo q̄ eſt fruct⁹: in quo colligūtur fructus arboris elr̄alis plātaꝝ ⁊ irrationaliū. ſi tñ ille hō deo fuit in hac vita. Et in tali hoīe colligunt fruct⁹ arietis/ ⁊ tauri/ ſaturni/ ⁊ iouis. ⁊ ſic de alijs. Et ſi homo ſit peccator: illi fructus perdūtur in illo: ſicut auꝝ qđ pditur in pditiōe nauis: que pdit in mari ꝓfundo. Et iō ꝓpter pctm̄ ē ꝯ oēs fruct⁹ corpales quos de⁹ creauit. et ꝟtutes acq̄ſite cū oīb⁹ illis fructibus hñt concordātiā. Eſt ergo fruct⁹ ſuperior hō motus in ſua ſuba. ⁊ ſupra hoīem ē alius fruct⁹ ſupior: ad quē ſe hñt oēs fruct⁹ ratione finis. vꝫ ad cognoſcēdū recolenduꝫ ⁊ amādū deū honorandū ⁊ ei ſeruiendū. Quem fructum placeat ei: ꝙ ſuus populus colligere poſſit.

# De arbore angelicali.

Summarium.

ARbor iſta āgelicalis ꝟſat circa nāꝫ āgelicā. Et ſilr̄ vt alie arbores diuidit i ſeptē ꝑtes. vꝫ in radices/ trūcū/ brāchas/ ramos/ folia/ flores/ ⁊ fructus.

¶ Radices ſunt bonitas/ magnitudo/ et cetera ꝑncipia gn̄alia ꝯrietate excepta.

¶ Truncus eſt ſubſtātia ſpiritualis.

¶ Brāche ſunt tres ꝟtutes. ſ. memoria/ intellectus/ ⁊ voluntas.

¶ Rami ſūt correlatiua dictarū virtutū.

¶ Folia ſunt accidētia ſpiritualia.

¶ Flores ſunt actus angelici.

¶ Fructus eſt amare et laudare deum et illi famulari.

# Arboꝛ angelicalis.




¶ De arboꝛe angelicali.

ARboꝛ angelicalis diuidit̃ ĩ ſeptẽ partes. vȝ ĩ radices/trũcũ/ brãchas/ ramos/folia/floꝛes/ꝛ fruct9. Et eſt arboꝛ ſpũalis:q̃ videri nõ põt neq̃ tãgi/ ꝛ que figurã coꝛpalẽ nõ habet:neq̃ pꝛoducta eſt de alio /ſed de nihilo. Et plures alias conditiones habet:quas nõ habent arboꝛes:que ſunt de nã coꝛpoꝛali.

¶ De radicib9 arboꝛis angelicalis.

BOnitas, magnitudo/duratio/et alie foꝛme ꝯrietate excepta ſunt radices arboꝛis angelicalis. de qbꝰ arboꝛ angelicalis ꝯſtituta eſt. ſicut hō q̄ ꝯſtitutꝰ eſt ex aīa ꝛ coꝛpe. Et ſic arboꝛ in tertiū nūerū trāſit ſupꝛa radices: q̄ remanent ſue ptes. ſicut hō q̄ eſt ī tertio nūero: vt dictū eſt. ¶ Bonitas angeli ꝓducta ē de nihilo. ꝛ eſt ꝓducta in ſpālitate/ꝛ non de gnālitate. vꝫ de gnāli bonitate. Idcirco angelꝰ eſt ſuamet ſpēs. cū ſit de vna bonitate: q̄ nō eſt ex alia bonitate. Idē ē de ſua magnīᵉ: ꝛ ceterī ſuis ptibꝰ. q̄ ita multiplicāt vnā ſpēm ꝛ ꝯſtituūt. ſicut vnā ſubſtātiā: vnā eēntiā: ꝛ vnū ſuppoſitū. q̄ ſunt angelꝰ. Idcirco angelꝰ eſt ſimplicioꝛ creatura q̄ꝫ alia. ¶ Bonitas angeli ꝓducta eſt in magnīᵉ: idcirco eſt magna. ꝛ in duratiōe: idcirco durat. ꝛ ī ptāte: idcirco hꝫ ptātē. ꝛ in ſapīa: ꝛ iō eſt rō: q ſapīa ſit bona. ꝛ in volūtate: idcirco ē amabilis. ꝛ in ṽtute: ꝛ iō eſt ṽtuoſa. ꝛ in ṽitate: idcirco eſt vera. ꝛ in glīa: ꝛ iō hꝫ qetē angelꝰ in bonitate. ꝛ in ꝯcoꝛdantia ſine ꝯrietate: idcirco eſt bonꝰ ꝛ incoꝛruptibilis. ꝛ in pñº: idcirco ꝑncipiata ē in tpe. ꝛ in medio: idcirco ſuū bonificare ē in medio: qđ ē īter bonificatiuū ꝛ bonificabile: q̄ ſunt de ſua eēntia. ꝛ qꝛ ꝓducta ē in dfīa: remanēt bonificatiuū bonificabile ꝛ bonificare dfīa. ꝛ qꝛ bonitas in fine ꝓducta ē: eſt rō ad bonificandū. ꝛ qꝛ ꝓducta ē in maioꝛitate: eſt ꝓducta ſubāꝛ: cū ita ſit: q ſuba maioꝛ ſit et plus hꝫ de entitate q̄ꝫ accñs. ꝛ qꝛ ꝓducta eſt in eq̄litate. ſua ꝯcreta ſunt eq̄lia ꝑ eēntiā. ꝛ qꝛ eſt ꝓducta ī minoꝛitate: ꝯtinet in ſe accñtia: q̄ ſunt eiꝰ inſtrā ꝛ īdumēta. Et h̄ qđ dixīmꝰ de bōitate: dici pt̄ de magnīᵉ duratiōe ꝛ aliïs. ¶ Angelꝰ ꝓductꝰ eſt ex iſtis radicibꝰ: q̄s diximꝰ. ꝛ ipe ꝓducte ſūt de nihilo. ꝛ qꝛ q̄dā ꝓducte ſunt in aliïs: ē angelꝰ ex ipis ꝯſtitutꝰ. Idcirco angelꝰ eſt occaſionatꝰ nāliter: q faciat opatiōes ſimiles ſuis radicibꝰ. vꝫ opatiōes bonas ratione bonitatis/ ꝛ magnas rōe magnitudinis/ꝛ durabiles rōne duratiōis. ꝛ ſic de aliïs. Et q opationes ſint plres: qm̄ angelus ē ꝯſtitutꝰ ex plibꝰ rebꝰ: q̄ ſunt ei rōnes ad plures opatiōes. quas facit angelꝰ bonus. Et angelus malignus facit per cōtrariū. ita q ſuam bonitatē naturalē peruertit: vt ſit ratio accñtaliter malo. et eiꝰ magnitudo magno malo. Sicut rex iniurioſus ꝛ malꝰ: qui ſuā magnā poteſtatē puertit in faciēdo magna mala magnas iniurias magnas vanitates ꝛ plura alia vitia. Et huiuſmodi ꝯtrarietas foꝛmaꝝ interioꝛum ꝛ operationū exterioꝛū eſt vinculuꝫ: cū quo angelꝰ malus obſtinatus eſt captꝰ ꝛ ligatꝰ: q bonuꝫ facere non poteſt. ꝛ licētiatus eſt ad faciendū malum.

¶ De trūco arboꝛis angelicalis.

SUbſtātia ſpūalis q̄ ad coꝛpꝰ inclinationē nō hꝫ: truncꝰ eſt arboꝛis angelicalis. Trūcus nāq3 dicit̄ aggregatio radicū q̄ tertiū multiplicāt/ exñte qualibet radice extenſa in alia. ſicut bonitas: q̄ extenſa eſt in magnīᵉ ꝛ in duratiōe inquātū magnīº eſt tota bona ꝛ duratio ſimiliter. Et idem de magnīᵉ in bonitate extenſa et in duratiōe: inquātū ſunt ꝑ magnitudinē magne. Et idē eſt de duratiōe: inquantū magnitudo ꝛ bonitas durabiles ſunt per durationē. Et per has extenſiones ꝛ mixtiones fit multiplicatio: q̄ eſt trūcus q̄ per bonitatē bonꝰ ē/ꝑ magnitudinē magnus/ꝑ durationē durās: ꝛ ſic de ceteris. ¶ Quia bonitas ad truncū venit bonificatiua ꝛ bonificabilis / ꝛ magnitudo magnificatiua ꝛ magnificabilis: et ſic de ceteris radicibꝰ: ē truncus ſuba de foꝛmis ſpūalibus ꝛ materiïs ſpūalibꝰ ꝯpoſita/ꝛ ſub vna foꝛma generali ꝛ materia generali. qm̄ foꝛma gnālis ꝯſtituta eſt de bonificatiuitate/magnificatiuitate: ꝛ ceterī foꝛmis. ꝛ materia generalis cōſtituta eſt de bonificabilitate magnificabilitate: et ceteris. Et ꝯiunctio foꝛme gnālis ꝛ materie gnālis conſtituta eſt de reali ꝛ eēntiali bonificare magnificare: ꝛ ceteris actibus q̄ ſunt partes ſubſtātie. ¶ Trūcus ē ſubſtantia: qꝛ eſt ſub q̄lꝫ ſuaꝝ partiū: q̄ in ipo ſuſtentant̄. Sicut coꝛpꝰ martini: qđ dicit̄ ſubſtātia. qꝛ ſtat ſub accñtibus. Et ſm̄ q trūcus angeli tangit̄: ita rñdet cū ſuis ꝑtibus. q̄ ei ſunt rōnes ſm̄ rñſionē. Sicut ſi volūtas amat aliquā amabilitatē: bonitas rñdet cum bonificare. vt amare ſit bonū. ꝛ magnitudo rñdet cuꝫ magnificare.

vt ſit magnū. ⁊ duratio cū durare: vt amare ſit durās. ⁊ ſic de alijs. ¶ Mōdi tact⁹ tāgūt diuīe dignitates: vt angelus tāgat ſeipſum ⁊ ſuas partes: ⁊ vt rñdeat tāgēti extra ſm magnitudinē bōitatis: durationis: ⁊ ſic de alijs: i amādo diuinas dignitates. Et hoc facit angel⁹ bon⁹. ⁊ angel⁹ malign⁹ facit in ꝯtrū. ¶ Trūc⁹ āgeli nō hʒ lōgū amplū nec ꝓfundū: q2 nō ē de nā corpali. nec figurā hʒ circularē q̄drāgularē neqꝫ triāgularē. qm̄ ſicut a ſupficie corporali ſepat⁹ ē: ita ſepat⁹ ē a lōgo āplo ⁊ ꝓfundo ⁊ a ꝯrietate nāli ⁊ a duri^c/molli^c/colore/calore/hūidi^c/frigidi^c/⁊ ſiccitate/ etiā a pōderoſitate ⁊ leuitate: etiā ſeparatus eſt a vegetatiōe ſenſu ⁊ imagiatione. Et extēſio ſuaꝝ ptiū ita ſine loco ſe extendit real'r q̄buſdā ptib⁹ in alijs exiſtētib⁹. ſicut fantaſtice ſe extēdit imagiatio i imaginādo vnā puā figurā ⁊ in imaginādo aliā magnā. ſicut martin⁹ q̄ equū imagiatur: ⁊ poſtmodū imaginat vnū magnum mōtē. Et idē ē de amare qd̄ ſpūal'r ſe extēdit i amādo plus vnū hoiem q̄ aliū: aut vnam feminā pluſq̄ aliā: ⁊ ſic de alijs rebus ſimilibus iſtis.

¶ De brāchijs arboris angelicalis.

Memoria intellect⁹ ⁊ volūtas ſunt branche arboris angelicalis: que ſunt ex radicibus. Sicut memoria: q̄ eſt ex bonitate: magni^c: duratiōe: virtute: ⁊ ceter: q̄ ſunt ſue ptes. Sicut ignis qui eſt ex bonitate magnitudine ⁊ ceteris radicibus arboris e'alis. Et ſicut ignis i terciū numerū trāſit: inquātū eſt ſubſtantia ⁊ totū ſupra ſuas ptes exiſtens: ſic memoria trāſit ⁊ aſcendit ſupra ſuas partes inquātum eſt totū ex ipſis ⁊ cētrū ⁊ finis illaꝝ. Qm̄ oēs ſe hn̄t ad cōſtituēdū illam: ſicut forma ⁊ mā: q̄ ſe hn̄t ad ſubaʒ: vt conſtituat ex ipſis ⁊ edificet. Jdcirco ſuba ſupra ſuas ptes aſcēdit: vt ſit in tertio nūero. qm̄ ē vna ⁊ eſt ex plurib⁹. Et q2 mēoria eſt de bonitate magnitudine ⁊ ceteris: vtitur in ſuo recolere ita bonitate: magnitudine: ⁊ ceteris: ſicut ſenſitiua facit in ſentire: videlicet vtendo ſuis potentijs. que ſunt ſenſus particulares. ¶ Jntellectus angelicus eſt de bonitate: magnitudine: duratiōe: ptāte: xtute: ⁊ ceteris. ⁊ idē ē de volūtate. Et ita trāſeunt ⁊ aſcēdūt i tertio numero. ſicut memoria. Qn̄ bonitas q̄ ē vna ſm vnū modū ꝯſiſtit in mēoria: ⁊ ſm aliū ſub intellectu: ⁊ ſm aliū ſub volūtate. Et idē de magnitudine: duratiōe: poteſtate: xtute: xitate: gl'ia: dr̄ia: ⁊ ceteris. Et hͦ eſt: q2 de⁹ recolibilis eſt itelligibilis ⁊ amabilis. nō tamē per creaturā bonificabilis magnificabilis ⁊c. qm̄ nulla iſtaꝝ formaꝝ realiter deū bonificare poteſt/ nec magnificare. vn̄ bonitas q̄ deū bonificare nō pt: ꝯſiſtit ſub mēoria itellectu ⁊ volūtate. q̄b⁹ de⁹ pōt eē obm̄ recolēdo itelligēdo ⁊ amādo. Et actus bonitatis ꝯſiſtit in recolere intelligere ⁊ amare. de quo quidē actu induti ſunt: vt ſint boni ⁊ digni: ꝙ de⁹ ſit p illos obiectat⁹. vʒ recolit⁹ intellect⁹ ⁊ amatus. Et hoc qd̄ dicim⁹ de bonitate: intelligitur de magnitudie: duratiōe: ⁊ ceteris. ¶ Sicut diuine pſone diſticte ſunt i vna eadē bonitate p ꝓprietates pſonales: que ſunt pt̄nitas filiatio et paſſiua ſpiratio: ſic brāche angeli diſtincte ſunt ſub vna eadē bonitate/ ⁊ vna eēntia angelicali rōne diſtictaꝝ ꝓprietatū potētialiū. q̄ ſunt memoria intellectus ⁊ volūtas. Et diſtinctio fit per dr̄iam. q̄ ita eſt vna pars eēntie angelice ſicut bonitas ⁊ ꝯcordantia quā habent potētie i accipiēdo obiecta: ſtat per cōcordantiā: q̄ eſt vna pars ſub̄e angelice. Et ptās quā hn̄t in accipiēdo obiecta: eſt rōne ptātis. q̄ eſt vna pars ſubſtātie angelice: inquātū accipiūt obiecta cū magnitudine recolēdi intelligēdi ⁊ amādi: p magnitudinē accipiūt: q̄ eſt vna pars ſubſtātie angelice. Et inquātū obiecta accipiūt cū maioritate/ aut cū minoritate recolendi intelligēdi ⁊ amādi: illa accipiūt cum maioritate aut cū minoritate. q̄ ſunt ptes ſubſtantie angelice. Et idē eſt de alijs formis et partib⁹ ſub̄e angelice. Et in hͦ paſſu cognoſcit: quomō angelus benign⁹ obiecta accipit p vnū modū cū ſpēb⁹ inatis/ ⁊ p aliū cū ſpēb⁹ natis. Qn̄ accipit obiectum cū ſpē innata: tūc accipit illud cum maiori magni^c bonitatis/ duratiōis/ ptātis ⁊c. Sicut cera q̄ ſine me^o ſiītudinē accipit ex lr̄is ſigilli: ꝙuis aliquā ſpēm nō mltiplicet: q̄ ſit extra ſuā nāʒ / nec de pte:

de qua ſubſtãtia cere non ſit cõſtituta. Et
in hoc paſſu cognoſcit̃ quõ angeli attingũt
ſiue obiectãt illoꝝ ꝟitates. Sicut ignis q̃
ſiue τ cũ ſpẽ innata cũ calore attingit ſub
ſtãtiã ferri calefacti/τ vegetatiua ſubaꝫ ve
getatã. ¶ Qꝛ angelus bonitatẽ acq̃rit τ
ſctitatẽ: tunc cũ bene vtit̃ ſuis potẽtiis: at
tingit cum ſpẽbus acq̃ſitis: q̃s ꝓducit de
potẽtia in actu: q̃ nõ ſunt de eẽntia ſuppo
ſiti. τ iſte ſunt accidẽtales: τ ꝑ minoritatẽ
minores q̃ ſpẽs innate. q̃ ꝑ maioritatem
ſunt maiores. de q̃bus dictũ eſt. Et in hoc
paſſu cognoſcit̃: quõ angeli acq̃runt meri
tũ in accipiẽdo obiecta. τ ſiunt iuſti chari
tatiui ſcti τ ꝟtuoſi. Et maligni angeli ſiũt
per ꝯtrariũ. qꝛ accipiũt obiecta ꝯ nãs ſuo
rum primoꝝ ꝑncipioꝝ. ¶ Angelus beni-
gnus intellectũ nõ hꝫ inueſtigatiuũ cũ du
bitatione. ſed cũ affirmatiõe aut negatio-
ne. Sicut ſanct⁹ michael q̃ non dubitat:
ſi martinus ſit iuſtus vel nõ iuſt⁹. q̃ñ ĩ cõ-
ditionib⁹ martini attingit ita cito ꝟita-
tẽ ſue bonitatis τ malitie. ſicut impreſſio-
nes cere attingũt ſiĩtudines lraꝝ ſigilli.
ſed h̃ nõ faciũt demones. qꝛ intellect⁹ coꝝ
eſt infirmus τ deuiat⁹ a fine. idcirco pri⁹
incipit dubitare q̃ affirmare aut negare:
ſi martinus bonus ſit aut malus.

¶ De ramis arboris angelicalis.

Memoratiuũ memorabile
et mẽorari ſunt vn⁹ ram⁹
memorie. itellectuũ itel-
ligibile τ intelligere ſunt
alius ram⁹: q̃ eſt de intel-
lectu. τ volitiuũ volibile τ
velle ſunt ali⁹ ram⁹: q̃ eſt de voluntate. Et
ſic rami ſunt tres. ſicut potẽtie ſunt tres.
τ ſic brãche ſe miſcẽt ĩ accipiẽdo obiecta:
ſicut rami ſe miſcẽt in illis obiectatiõib⁹.
ſicut mẽoria/ intellect⁹/τ volũtas ſcti mi-
chaelis: q̃ ſe miſcẽt accipiẽdo aliq̃d obie-
ctũ recolitũ intellectũ τ amatũ. rõe cuius
mixtionis ſe miſcẽt mẽoratiuũ intellecti-
uum τ volitiuũ/memorabile intelligibile
et amabile/recolere intelligere et amare.
¶ Sicut mẽoratiuũ mẽorabile τ memo-
rari ſunt vnus ram⁹ mẽorie: ſic bonifica-
tiuũ bonificabile τ bonificare ſunt alius
ramus bonitatis: q̃ ꝯtinetur in ramo me
morie. Et idẽ de magnificatiuo magnifi-
cabili τ magnificare. q̃ ſunt vn⁹ ram⁹ ma
gnitudinis. q̃ ꝯtinet̃ in memoria. Et ideꝫ
eſt de ramo duratiõis: ptãtis: ꝟtutis τc̃.
Etiã bonificatiuũ bonificabile τ bonifica
re ſunt ramus bonitatis: qui ꝯtinet̃ in in
tellectu. cui⁹ ram⁹ ꝯtinet in ſe ramũ boni
tatis: vt ei⁹ ram⁹ ſit bon⁹. Et idẽ ram⁹ bo
nitatis ꝯſiſtit ĩ ramo volũtatis. ita ꝙ vn⁹
eſt ram⁹ bonitatis in ſeipſo: τ diſtinct⁹ eſt
in ramis ꝑ ꝓprietates diſtinctas. vꝫ ꝑ me
moriã intellectũ τ volũtatẽ. Et in h̃ paſſu
cognoſcit̃: quõ vn⁹ ram⁹ eſt ꝑ eẽntiã/τ plu
res ꝑ operationes diſtinctas abinuicẽ. Ra
mus mẽorie eſt de eẽntia mẽorie: τ memo
rabile q̃d eſt de eẽntia rami intellectus eſt
differens a mẽorabili: q̃d eſt de ramo me-
morie. Et ambe memorabilitates differẽ-
tes ſunt: inquãtũ dña brãcharũ ꝑticipãt
in vnitate eẽntie: inquãtũ ſunt de vna ea-
dẽ bonitate/vna eadem magnitudine. Et
idẽ eſt de amabilitate rami volũtatis: τ de
amabilitate rami memorie τ itellect⁹. et
idẽ de intelligibilitate. Et in hoc paſſu co
gnoſcit̃: ꝙ angel⁹ creat⁹ ẽ ad ſiĩtudinem
ſumme trinitatĩ τ vnitatĩ eẽn̄. ¶ Angel⁹
bon⁹ ĩtelligit ſeipꝫ. τ ſe ĩtelligit ĩ ſua ĩtelli
gibilitate: q̃ appellat̃ ĩtellect⁹ poſſibilis.
Et ĩtelligit cũ ſua ĩtellectiuitate: q̃ appel-
lat̃ ĩtellect⁹ agẽs. τ ĩtelligere ẽ ex ambob⁹.
Et ĩquãtũ ĩtelligit ĩtelligibilitatẽ τ ĩtelle-
ctiuitatẽ τ ĩtelligere: aliã ſpẽꝫ ĩtelligibili-
tatis: nec intellectiuitatĩ: neq̧ intelligere
nõ multiplicat. Qñ ſi faceret: nõ ĩtellige
ret ſeipm̃ cũ magni⁹ bõitatis: duratiõis:
ptãtis: ſapiẽ: volũtatĩ: ꝟtutĩ: ꝟitatis: glo-
rie: finis: τ maioritatis. imo ĩtelligeret ſe-
ipm̃ cũ ꝯtrario magnitudĩs bonitatĩ τc̃.
Intelligit q̃ ſeipꝫ cũ ſeipo τ cũ ſuis ptib⁹:
de q̃bus ꝯſtitut⁹ eſt. Sicut ſol q̃ ſeipm̃ il-
luminat cuꝫ ſuamet luce. τ ignis q̃ ſeipm̃
calefacit cuꝫ ſuomet calore. Et iſte paſſus
multũ eſt placens ad intelligẽdũ. et edo-
cet: ꝙ ſicut intelligit ſeipm̃ cũ ſeipſo: ita ĩ
telligit aliũ cũ ſeipo. ſicut cultellus: q̃ cum
ſeipo ſcindit carnem. τ ſicut clauus: q̃ cuꝫ
ſeipo poſtẽ pforat: τ equus q̃ cum ſuis pe-
dibus currit. ¶ Rõne ramorũ angeli: q̃
ꝑticipant in vna eadẽ bonitate magnitu-
dine τc̃. etiam quia in illa participatione
nõ eſt ꝯrietas nãlis: ſe ꝯuertit tot⁹ angel⁹

in ſuo intelligere recolere ꝛ amare. q̄m in
ſuis partib⁹ nullā hꝫ reſiſtentiā: ꝑ quā ſit
ꝯrietas inter vnū ramū ꝛ aliū. Et in hoc
paſſu cognoſcit̄ magnitudo ſimplicitatis et
libertatis: q̄ eſt in angelis: q̄ ſunt boni. et
magni⁹ ſimplicitatis ꝛ obſtinatiōis: q̄ eſt
in angelis malis: q̄ ſunt ita ſimplr̄ ꝑuerſi
ad malū recolendū intelligēdū ꝛ amādū:
ꝙ in illis nulla potētia malo remanet va
cua / nec plena bono: in q̄ poſſit hr̄e delibe
rationē: ꝙ ad bonū cōuertere poſſit ſuum
recolere intelligere ꝛ amare. ¶ Martin⁹
equum videt cū ſuis oculis. beat⁹ michael
intelligit ſctm̄ gabrielē cū ſuo intellectu.
et quia ſctūs gabriel intelligibilis eſt cuꝫ
magnitudine bonitatis: v̄tutis: v̄itatis:
poteſtatis: ꝛ volūtatis. ſanct⁹ michael in
telligit ſctm̄ gabrielē ſm̄ magnitudinem
ſue intellectiuitatis: ꝛ ſm̄ magnitudinem
intelligibilitatis ſcti gabrielis. ꝛ ſic trāſit
magnitudo cuiuſlibet in magnū intelli
gere. Et in h̄ paſſu cognoſcit̄: ꝙ angeli beati
naturaliter priuilegiū habēt in intelligē
do ſupra hoies. q̄m martin⁹ compoſitus
eſt ex aīa ꝛ corpore: ꝛ corpus nō eſt de eē̄n
tia intellectus / nec corp⁹ ꝛ aīa participāt
in vna eadē ſimplici bonitate. qꝛ vna ē bo
nitas corporalis / alia ſpūalis. ſꝫ ſanctus
michael nō eſt ita: q̄m vna eadē bonitas
eſt illa: q̄ eſt de ſuo ītellectu ſua memoria
et ſua volūtate. et ſic multomelius ſeipſuꝫ
intelligit cum ſuomet intellectu q̄ꝫ marti
nus: q̄ ita bn̄ ſeipm̄ intelligere nō poteſt:
ſicut facit ſctūs gabriel vel ſctūs michael.
qui cū corpore non pticipat. etiā ſctūs mi
chael meli⁹ pōt intelligere ſanctū gabrie
lem eſſe bonū q̄ꝫ martin⁹: cū bonitas ſan
cti michaelis ſit ſpūalis / ꝛ ſcti gabriel ſi
militer. ¶ Martinus equū videt per co
lorem ꝛ audit ꝑ vocē. ꝛ ſanct⁹ michael ſan
ctū gabrielē intelligit bonū per bonitatē /
ꝛ magnū ꝑ magnitudinē. ꝛ quādo ſua vo
lūtas quietē hꝫ in fine: ꝑpt̄ quē intelligit
ſanctū gabrielē: intelligit: ꝙ ſanctus ga
briel bonus eſt ꝛ magn⁹. Et in h̄ paſſu co
gnoſcitur: quomō partes ſubſtātie vnius
angeli diſpōnes ſunt ad intelligēdū reco
lendū ꝛ amādū alium angelū. Et cum ſan
ctus michael malū angelū ītelligit: quia
bonitas ꝛ malitia ſibi īuicē nō correſpō
dent in ꝯcordātia bonitatis ꝛ bonitatis:
intelligit ſanctus michael angelum malū
ſm̄ cōtrarietatē bonitatis ꝛ malitie. ꝛ ſic
de alijs formis. Et idem eſt: quādo ſanct⁹
michael intelligit martinū pctōrē aut pe
trū virtuoſum. ¶ Sctūs michael oculos
habere non indiget ad vidēdū colorē: vt
ipm̄ intelligat. q̄m magnitudo ſui intelli
gere ſufficit ad intelligendū colorē: ꝑ quē
intelligit coloratū: ita ꝛ multomeli⁹ ſicut
martinus equū intelligit coloratū: qꝛ vi
det colorē. Nec etiā ſctūs michael neceſſi
tatē hꝫ ad imaginādū: vt corporalia intel
ligere poſſit. q̄m magnitudo ſui ītellectus
perficit actū intelligēdo corporalia. ita ꝙ
neceſſitatē nō hꝫ habēdi inſtrm̄: qđ ſit de
natura corpali. Sicut de⁹ q̄ anteq̄ꝫ mun
dus fuiſſet creatus: ſuus intellect⁹ intelli
gebat colorē albū ꝛ nigrum. ita ꝙ neceſſi
tatē non habuit habendi oculos corpora
les ꝛ imaginationē. q̄m ſufficit ei magni
tudo poteſtatis: ſapientie: v̄tutis: volun
tatis: gl'ie: v̄itatis: ꝛ bonitatis. ¶ Dictū
eſt de naturis ꝛ de modis ramoꝝ angeli
et de mō quē hꝫ ad intelligendū naturali
ter. quē modū nālr̄ hꝫ ſm̄ ſuū amare ꝛ
recolere. Et in floꝛib⁹ intendim⁹ loqui de
modo: quē habēt angeli in recolendo / in
telligendo / ꝛ amādo deum ſm̄ moduꝫ na
turalē: ꝛ ſm̄ modum ſupernaturalem.

### ¶ De folijs arboris angelicalis. Et primo de quantitate.

PEr folia arboris angelica
lis accn̄tia ītelligim⁹: q̄ ꝑ
tinēt ad ſubām angelicā.
Et pmo dicem⁹ đ q̄ntitate.
¶ Quātitatē ſpūalē i an
gelo duob⁹ modis ꝯſidera
mus: vꝫ diſcretā ꝛ ꝯtinuā. Cōtinua ē ſicut
vna bōitas: i q̄ ſunt bōitates brāchaꝝ ar
boris. Diſcreta ē: iquātū brāche differētes
ſunt ī bōitate. Q̄m vna ē bōitas memorie:
alia intellect⁹: ꝛ alia volūtatis. Et ſic q̄nti
tas bonitatis eſt vna ꝛ cōtinua: inquātū
ſeipa. ꝛ ē diuiſa ī pl'es q̄ntitates diſcretas
pluribus partib⁹ arboris exn̄tib⁹ bonis ꝑ
bonitatē ſub certis q̄ntitatibus termina
tis. Et illud idē qđ de bonitate dicimus:
dici poteſt de magnitudine / duratione. et
ceteris. ¶ In radicib⁹ diſcrete ſunt quā

titates. ſicut vna quãtitas eſt bonitatis/
alia eſt magnitudinis: ⁊ ſic de ceteris. Et
de oibꝰ eſt vna q̃titas cõtinua in trũco/ ĩ
brãchis/ ⁊ ĩ ramis extẽſa. Etiã q̃libet ra-
dix ſuas hꝫ quãtitates diſcretas. ſicut bõi
tas ĩ q̃ bõificatiuus ſuã ꝓpriã hꝫ quãtita
tẽ: ⁊ bõificabil̃ ſilr. Et idẽ ẽ de bõificare/ ⁊
ſic de magnitudĩe ⁊ ceteris. Etiã ẽ vna q̃ti
tas bõitatis in magnitudĩe. ⁊ alia eſt illa
quã hꝫ duratio rõne bõitatis. ⁊ alia quam
habet ptãs. cũ ita ſit: ꝙ magniᵒ: duratio:
ptãs ⁊c̃. bõe ſint ꝑ bõitatẽ. ❡ Suba ãge-
lica ĩcoꝛruptibil̃ ẽ ꝑ duratiõnẽ. q̃ duratio
quãta eſt: inquãtũ hꝫ p̃ncipiũ. ſꝫ quanta
nõ eſt: inquãtũ ſuba ãgelica euiternaliter
durabit. eſt ergo quãtitas in p̃ncipio mẽ
ſura tp̃is: qm̃ ĩ tp̃e fuit p̃ncipiata. ⁊ ĩ hac
mẽſura mẽſurate ſũt ꝑtes ãgeli ⁊ eiꝰ ſuba
ſine ſubo coꝛꝑali ⁊ nõ extẽſa in lõgũ ãplũ
⁊ ꝓfundũ. ſicut duratio ſube: q̃ ſe nõ extẽ-
dit in euiternitate coꝛꝑaliter. Et in h̊ paſ
ſu cognoſcit̃ extẽſio ſpiritualis q̃titatis.
ſicut bõitas: q̃ ſe extẽdit ita ĩ magnitudĩe
euiternal̃r: ſicut ſe extẽdit ĩ duratiõe eui-
ternali. ❡ Scd̃m quãtitatẽ nũeralẽ ſunt
plures angeli. ⁊ eſt ſignificatum: ꝙ plures
ſunt q̃ hoies. inquãtũ ſunt magis ſimi-
les deo coꝝ ſube q̃ ſube hominũ. cũ deus
ſuba ſit ſpũalis: ⁊ angelꝰ ſil̃r. ⁊ hõ ſit ꝯpo
ſitus de ſuba coꝛꝑali ⁊ ſpũali. Ꝙñ cũ ĩ deo
ſit magnitudo ⁊ in angelo ⁊ in homine
ſil̃r: oꝫ ꝙ magnitudo dei maioꝛẽ habeat
cõcoꝛdãtiã cũ magnitudine angeli q̃ cuꝫ
magnitudine hominis: cũ maioꝛ ꝯcoꝛdã
tia ſit inter vnã ſubaꝫ ſpũalẽ ⁊ aliã: q̃ iter
vnã ſubaꝫ ſpiritualem ⁊ aliã coꝛꝑalẽ. q̃re
rõne maioris ꝯcoꝛdãtie (de qua dictũ eſt)
ſignificatũ eſt: ꝙ angeli ſunt ĩ maioꝛi nũe
ro q̃ hoies. etiã ꝙ nũerꝰ illoꝝ ſit ĩpar: vt
ſimilioꝛ ſit btĩſſime trinitati dei. ❡ Oꝑꝫ
q̃ quãtitas ãgeloꝝ ſit in nũero ternario.
vꝫ in maioꝛitate eq̃litate ⁊ miõꝛitate. ſine
quibus coꝝ quãtitas nũeralis nõ eſſet ꝑ-
fecta. Sunt ergo aliqui angeli q̃ ſunt ma
ioꝛes in magnitudine bonitatis: poteſta
tis: ſapientie: ⁊ voluntatis: q̃ aliȷ̃ angeli.
Et hi ſunt deo ꝓpinquioꝛes. nec hñt offi
ciũ: ſed tm̃modo deũ cõtẽplantur. Et ſunt
aliȷ angeli: qui ſunt minoꝛes in magnitu
dine bonitatis: poteſtatis: ſapiẽtie: ⁊ vo-
luntatis: q̃ hñt officiũ in adminiſtrando
hominibꝰ inferius: vt eos cuſtodiãt a de-
monibus: ⁊ ipſos inducãt ad virtutes: et
ipſos a vitiȷs elongent. Eſt vnus aliꝰ mo-
dus oꝛdinũ angeloꝝ: q̃ ſunt in medio: qui
equaliter officiũ habẽt in adminiſtrãdo
angelis inferioꝛibꝰ ꝑ influẽtiã: quã acci-
piũt ab angelis ſuperioꝛibꝰ. Et hi ſunt il
li: qui faciũt legatiões: ⁊ reuelatiões: ⁊ ꝓ-
phetias. Et ex iſtis tribꝰ hierarchiȷs ange
loꝝ multiplicãtur nouẽ oꝛdĩes ad ſignifi
cationẽ ſeptẽ planetaruꝫ ⁊ octaue ſpere ⁊
trũci arboꝛis celũs. Qm̃ ſi deꝰ poſuit in
oꝛdine ſubas coꝛꝑales: bñ oꝑꝫ ꝙ poſuerit
in oꝛdĩe ſubas ſpũales: ⁊ in illo nũero: in
quo ſube coꝛꝑales ⁊ ſpirituales habeant
maioꝛẽ ꝯcoꝛdãtiã. Etiã ſubiecta oꝛdinis
ſunt nouẽ. ſ. deꝰ: angeli: celũ: aĩa: imagĩa-
tiua: ſenſitiua: vegetatiua: elẽtiua: ⁊ po-
tentia artificiatiua.

❡ De qualitate arboꝛis angelicalis

Sanctꝰ michael eſt bonus ꝑ boni
tatẽ: ⁊ ẽ magnꝰ ꝑ magnitudinẽ.
⁊ ſic q̃lis ẽ ꝑ ſuas foꝛmas ſpecia-
les. rõne quarũ induiduatꝰ ẽ in ſeipſo: et
nõ de alio: ſicut cultellus ⁊ clauus: q̃ indi
uiduati ſunt in ſeipſis. verũtamen induii
duati ſunt de aliȷs: vicꝫ de maſſa ferri. ſed
iſtud in angelis nõ ẽ: qm̃ q̃libet q̃lis ẽ per
ſuã ꝓpriã induiduitatẽ nõ induiduatã
ab alia ſuba. Etiã duas hꝫ q̃litates a bo-
nitate. vna eſt innata/ ⁊ alia nata. Illa q̃
eſt innata: eſt ſua ꝑs: ex qua ꝯſtitutus eſt.
Nata eſt ſua bõitas acquiſita rõne cuius
hꝫ meritũ. ⁊ hec ẽ q̃litas ei appropriata:
quã deꝰ in illo ꝯfirmauit: q2 ei gratis ſer-
uit. ❡ Ignis caloꝛẽ ſuũ hꝫ ĩ diuerſis ſub
ſtãtiȷs: vꝫ in ſuba piꝑis: allei: ⁊ feniculi. et
caloꝛ ẽ vna q̃litas in ſe: ⁊ eſt plures q̃lita-
tes in aliȷs. ſicut vna eſt q̃litas piꝑis: alia
allei: ⁊ alia feniculi. Eſt ergo vna eadẽ q̃li
tas diſtincta ꝑ aliud ⁊ nõ ꝑ ſeipſam. vꝫ ꝑ
diſtinctionẽ ſubarum: q̃ ſunt differentes.
❡ Scd̃m hũc modum qualitas ſcti mi-
chaelis ⁊ idẽ de quolibꝫ alio angelo diſti
cta nõ eſt: ſed ꝑ aliũ modũ ita: vꝫ ꝙ ſctũs
michael ẽ bonꝰ: ĩquãtũ deũ diligit: ⁊ in-
quãtũ ip̃ꝫ ĩtelligit: ⁊ ĩquãtũ ip̃ꝫ recolit. ⁊
idẽ ĩquãtũ recolit ĩtelligit ⁊ diligit ſctm̃
gabꝛielẽ aut ſeipſuꝫ: ⁊ ſic de aliȷs. ⁊ ſim ꝙ

ſuū recolere:intelligere:⁊ diligere: nobiliora hn̄t obiecta ſe extēdit bōitas ita in recolere:intelligere: ⁊ amare: ſicut calor ignis q̄ ſe plus extendit in calefaciēdo aerem ꝙ̄ aquā. ¶ Ignis qui calefacit plus piper ꝙ̄ feniculū:in illo maiori calefacere plus ponit de calore ꝙ̄ in minori: q̄r piper plus recipere pōt ꝙ̄ feniculꝰ. Et idē ē de recolere:intelligere:⁊ amare: q̄ hn̄t angeli in obiectis:q̄ accipiūt.in quibus maiꝰ ponūt aut minꝰ.ſm ꝙ q̄dā obiecta plus diſpoſita ſunt:ꝙ recolant intelligantur ⁊ ament ꝙ̄ alia.Et i h̄ paſſu cognoſcit:quō angeli nō vtunt coꝝ q̄litatibꝰ ſꝫ ꝙ hoīes ſuis q̄litatibꝰ vtunt in hac vita.ſicut hō auarꝰ q̄ recolit plꝰ ⁊ ſepiꝰ magnitudinem theſauri ꝙ̄ magnitudinē boni ītelligere: boni amare:⁊ boni recolere:q̄ bonificata ſunt ꝑ charitatē iuſtitiā prudētiā/fortitudinē/⁊ tēperātiā/ſpē ⁊ fidē. ¶ Sctūs michael archāgelꝰ fruſtra nō vtitur ſuis q̄litatibꝰ qbꝰ vtunt hoīes i vanū i hac vita. Qm̄ ſctūs michael intelligit: ꝙ ſctūs gabriel eſt/nec dicat:ꝙ ſctūs gabriel nō ē ſctūs raphael.nec dicit:ꝙ equꝰ martini nō eſt equus petri.q̄m obiectū nō accipit niſi ſm ꝙ ē.ſed poſtꝙ̄ intelligit:ꝙ ſanctꝰ gabriel ē: ⁊ ſctūs raphael ſilr̄ ſupfluū eēt ei:ſi diceret: ꝙ ſctūs gabriel nō ē ſctūs raphael.ꝙ ſiqdē ſupfluū eſſet ſibi vitiū ꝯtra ꝟtutē:⁊ ꝑuitas ꝯ magnitudinē bōitatis intellectꝰ:memorie:volūtatis: ꝟitatis: et glorie.Et in h̄ paſſu cognoſcitur: quomō angeli q̄etē hn̄t i veritatibꝰ:q̄s attingūt.

¶ Sol nō lucet plꝰ in vno tp̄e ꝙ̄ in alio i ſeipſo:ſed ſua lux multiplicat plus ſuaꝫ ſimilitudinē in vno tp̄e ꝙ̄ in alio.ſicut dies q̄ clarior ē in tertia ꝙ̄ in mane.⁊ in meridie ꝙ̄ in tertia. modo ſilr̄ angelꝰ nō ē melior nec ſapiētior: in vno tp̄e ꝙ̄ in alio.ſed ſuū ſcire ⁊ ſua bōitas ſunt in maiori magnitudine bōitat' accipiēdo vnū obiectū ꝙ̄ aliud.⁊ hoc ꝯtingit ꝑ maioritatē magnitudinis:bōitatis:q̄ eſt in aliquibꝰ obiectis/⁊ ꝑ minoritatē magnitudinis ⁊ bonitatis:que ē i aliīs obiectis.Et in h̄ paſſu cognoſcit:quomodo angelus cum vna eadē qualitate poterit eſſe maior aut minor in bonitate per alium ſua bonitate ſemper remanente ſub certa quantitate terminata.Et iſte paſſus eſt via ad cognoſcendū plura ſecreta naturalia qualitatū propriarū ⁊ appropriatarum:que inquantum ſunt proprie qualitates non plus ponunt nec minus de ſeipſis in accipiendo obiecta:ſed inquantum ſunt q̄litates appropriate.Idcirco dr̄ia ē inter ſpecies innatas ⁊ natas.q̄ quidē nate attracte ſunt ex obiectis ⁊ ex ipſis multiplicate.

¶ De relatione angelorum.

In angelis ē relatio interior et exterior/⁊ ex rebꝰ interioribꝰ ⁊ exterioribus. Relatio que eſt īterior eſt ſicut in bonitate:in qua ſunt relatiue bonificatiuus bonificabilis ⁊ bonificare: ⁊ in ſua magnitudine magnificatiuꝰ magnificabilis ⁊ magnificare.Et magnificatiuus magnificat ſuū magnificabile proprium magnificando bonitatem: que eſt magnificabilis.ſicut magnitudo: que eſt bonificabilis.Et idem de duratione ⁊ ceteris.que relatiue ſibiīnuicem ſuas dant ſimilitudines.Hec relatio eſt intra ſubaꝫ angeli.⁊ eſt vna de ſuis partibꝰ. ¶ Eſt ⁊ alia relatio:q̄ ē ītra ⁊ extra.ſm quā angeli obiecta attingūt. Sicut ſctūs michael q̄ ē intelligēs ⁊ ſctūs gabriel ītelligibilis. Idcirco oꝫ ꝙ ſi ītelligēs ē:ꝙ ſit ītelligibilis ⁊ intelligere/⁊ ecōuerſo.Et hec relatio neceſſaria ē in angelis: vt ſit in magnitudine bonitatis duratiōis ptātis ⁊c̄.Et in hoc paſſu cognoſcitur priuilegiū ⁊ excellens virtus ⁊ nobilitas quas hn̄t angeli ſupra hoīes.q̄m plura ſunt intelligibilia martino:q̄ ipē nō intelligit.Cognoſcitur etiam:quomodo angeli attingūt veritates ſubarū corporalium. ꝙ̄uis oculos nō habeāt nec aliquē aliorum ſenſuum.ſed illas veritates per intellectū attigūt:quia ſunt ītelligibiles.⁊ q̄r āgeli benigni ſunt intelligentes cū magnitudine bonitatis/ durationis ⁊c̄.

¶ De actione ⁊ paſſione angelorum.

Actio ⁊ paſſio ſunt i angel' duobus modis. vnꝰ modꝰ ē intra. ⁊ alius extra.Ille q̄ eſt intra ꝑ vnū modū ſubalis ē/⁊ ꝑ aliū accidētalis. ſubalis ē ex pte forē ⁊ materie:ex qbꝰ ſuba angeli ꝯſtituta eſt.vt in trunco dictuꝫ eſt. Accn̄talis eſt:inquantum vna forma ſuā

dat ſimilitudinē alteri forme. ſicut bonitas ſcti michaelis: q̄ ſuā ſimilitudinē dat ſue magnitudini. Et inquātū ei dat: ē forma actiua. ⁊ inquātū magnitudo ip̄a3 accipit ē forma paſſiua. Actio ⁊ paſſio q̄ ſunt itra ⁊ extra: ſunt: inquātū ſctūs gabriel itellect⁹ ē p ſctm̄ michaelē amat⁹ ⁊ recolit⁹. ⁊ inquātū ſctūs michael placitū accipit i recolēdo i telligēdo ⁊ amādo ſctm̄ gabrielē. Et idē eſt i angelis malignis: q̄ actiōem hn̄t in tormētādo hoies ⁊ i tētando illos: ſm ꝙ eis licētiatū ē p iuſtitiā diuinā. etiā paſſionē hn̄t in tormentādo ⁊ tentando illos.

¶ De habitibus angelorum.

IN quolibet angelo ſunt tres habit⁹ generales: q̄ ſunt ſue brāche. Quare ſicut ſi in martino eēt habitus grāmatice logice ⁊ rhetorice: ita q̄libet angel⁹ hitū h3 recolendi itelligēdi ⁊ amādi. veruntn̄ angelus habet nobiliores habit⁹ q̄ martin⁹. qm̄ cōtinue vtitur ſuis particularib⁹. q̄ ſunt ſub habitib⁹ ad hoc: ꝙ habitus ſint i magnitudine bonitatis/ duratiōis/ ptātis ⁊c. Et martin⁹ ſi vtat̄ grāmatica: nō vtit̄ logica neq̧ rhetorica. nec i vno tpe vtit̄ oībus particularib⁹ q̄ ſtāt ſub habitu grāmatice. Et i h̄ paſſu cognoſcit̄: ꝙ habit⁹ āgelor̄ magni ſunt/ ⁊ ſibiinuicē i eodē tpe corrn̄dēt q̄libet habit⁹ ⁊ ſue partes. Cognoſcit̄ ergo: ꝙ angeli boni magnā hn̄t gl'iam: ⁊ p cōſequēs penam: quam habēt angeli maligni: quor̄ habitus ſe reſpōdent cum cor̄ particularibus ita i cōtrarietate nature: ſicut faciūt habitus angelorum bonor̄ cū cor̄ particularibus in cōcordantia naturali. ¶ Sunt etiā alii habitus acquiſiti meritorii. ſicut habit⁹ iuſtitie ⁊ charitatis in ſancto michaele. q̄ ſiquidē iuſtitia habituata eſt bonitate: iquātū eſt bona: ⁊ de charitate: inquātu3 eſt amabilis. Et ide3 eſt de habitib⁹ malor̄ angelor̄: ſicut eſt lucifer habituat⁹ de iniuria ⁊ de crudelitate. ⁊ ſicut eſt eius iniuria de malitia. Et ſic de aliis habitibus per culpas ⁊ peccata acquiſitis.

¶ De aſſituatione angelorū.

SUbſtātia angeli aſſituata ē ſm arboris aſſituatiōem. videlicet ſm aſſituatiōem radicū/ trūci/ branchar̄/ ramor̄/ folior̄/ florū/ ⁊ fructuū. Et radices aſſituate ſunt quedam in aliis. ſicut bonitas induta magnitudine. que in quantū magna eſt p magnitudinē in magnitudine cōſiſtit: ⁊ econuerſo inquantū magnitudo eſt in bonitate. q2 eſt bona p bonitatē. Et idē eſt de aſſituatione trūci: qui aſſituat⁹ eſt in ſuis ptibus. Et brāche ſilr. ⁊ ſic de aliis aſſituationibus nālibus arboris. ¶ In celo empireo ſunt angeli aſſituati: vt dictū eſt in capl'o de q̄ntitate. Et modo ſili aſſituati ſunt de aſſituatione obiecti ⁊ actus/ exn̄te vno angelo obo alii angelo cū magni^c bonitatis: durationis: ptātis: ſapie: voluntatis: ⁊ alior̄. Et in hoc paſſu cognoſcit̄: ꝙ magna eſt gl'ia angelor̄ bonor̄/ et pena malor̄. aſſituatio quor̄ in inferno eſt in maioritate magnitudinis malitie ire vitior̄ ⁊ inſtinctuū naturaliū. Et idem eſt in equalitate ⁊ minoritate.

¶ De tempore angelor̄.

ANgelus principiat⁹ eſt: inquātū eſt creat⁹: ⁊ inquātū principiatus ē extra eternitatē: principiat⁹ eſt i tpe. cū ita ſit: ꝙ oē qd̄ eſt: op3 eſſe i eternitate aut i tpe. ⁊ tp̄s i quo angelus principiat⁹ eſt: qd̄ ſiquidē tp̄s req̄rit motū corpalē: nō eſt ps angeli: q̄ eſt ſubā ſp̄ualis. ſed i tpe eſt ita principiat⁹: ſicut collocat⁹ eſt i aliquo loco ſine occupatione loci. Idcirco angelus nō req̄rit ſucceſſiue motū in tpe ſm ſuā nām. ſed tp̄s accipit ſm nām ſuā motū angeli: q̄ moueret̄ in diuerſis tpibus de vno loco i aliū. Sicut ſctūs gabriel mot⁹ de celo empireo: q̄ venit ad annūciādū dn̄am nr̄am ad nazareth. Et hoc tp̄s ſuſtinere non poſſet: ꝙ ſctūs gabriel in vno tpe ſit in locis diuerſis. Eſt ergo ſctūs gabriel in tp̄e ſup nām tpis ita in pn̄° ſicut i euiternitate: in quo tēpus nō habebit motū extenſum. Et iſte paſſus valde grauis eſt/ ⁊ ſubtilis eſt ad intelligēdū. ⁊ dat placitū intellectui: q̄ ip̄m intelligere pōt. ⁊ oſtēdit altitudines ⁊ nobilitates: quas ſubſtantie ſp̄uales habēt ſupra ſubſtantias corporales.

¶ De locis angelorum.

LOcū in angelis duob⁹ modis cōſideram⁹. eſt vn⁹ locus q̄ eſt intra/ ⁊ ali⁹ extra. Ille q̄ eſt in

tra eſt ſicut ſctūs michael: q̄ eſt in ſeipo ſpūaliter collocat⁹: ſicut totū i ſuis partibus/ ⁊ ptes i ſuo toto/ ⁊ vna ps in alia. ſic̄ bōitas ſcti michaelis i ſua magnit̄e/ ⁊ magnitudo i bonitate/ ⁊ radices in trūco/ ⁊ trūcus i radicib⁹. Et hmōi collocatio q̄ ē intra: nō reqrit ſufficiē extra: q̄ ſit de ↄditiōib⁹ loci: q̄ i ſe cōtiet ſubās corpales. Idcirco ſubā angeli ē i loco ſupra nāƷ loci: inquātū nō occupat illū locū: i q̄ eſt. Sicut ſubā angeli mota de vno loco i aliū: q̄ nō dimittit i motu ſucceſſionē pmi nec vltimi nec tpis futuri ⁊ pteriti: q̄ diſticta ſint a pſenti. idcirco plres ſubē angelice pnt eē in eodē loco ſine occupatione loci: ſic̄ pnt eſſe in tpe ⁊ i motu ſine ſucceſſiōe primaꝝ pmū ⁊ vltimaꝝ: q̄ ſunt i motu gruis i quo ſuū caput eſt pmū i motu/ ⁊ ei⁹ pedes ſunt vltimi. Et i hoc paſſu cognoſcit̄: ꝙ angeli ſunt in loco ſupra naturā loci. q̄ ſiquidē loc⁹ eſt extra eoꝝ eſſentiam/ ⁊ qui non eſt pars eoꝝ. Eſt ali⁹ locus angeloꝝ qui eſt extra. ſicut eſt celū empireum: in quo qdam angeli ſunt i vno loco. alij xo in alio ſm ꝙ ppinquiores ſunt dño noſtro ieſu xpo. Et idem i inferno: ſm ꝙ qdam angeli maligni ſunt in maiori abyſſo q̄ alij.

¶ Eſt etiā ali⁹ modus loci: qui eſt extra ⁊ intra obiectiue. ſicut obiectum: qđ ſanctus michael accipit. in quo ſuū habet recolere ītelligere ⁊ diligere. ⁊ ille locus exteri⁹ eſt: inquātū nō eſt de eſſentia ſancti michaelis. ſƷ de eēntia ſcti gabrielis aut alteri⁹ angeli. ⁊ ſuā preſentiā hƷ ſctūs michael i ſeipo. Et i hoc paſſu cognoſcit̄: ꝙ ſic̄ i potētia nec i obiecto nō ſit occupatio loci: ita ſubē ſpūales nō occupāt inuicem alias ſubās ſpūales i eſſendo in vno eodē loco nec i accipiēdo vnū idē obm/ nec in recolēdo ītelligēdo ⁊ amādo idē obm.

¶ De floribus arboris angelicalis.

Floꝛes arboris angelicalis ſunt duob⁹ modis. qdā ſunt pticulares/ et alij vniuerſales. Particulares ſunt acqſita ⁊ additamēta radicū. ſic̄ bōificare acqſitā: maginficare: durare: poſſificare: ītelligere: amare: xtificare: gl̄ificare: differētiare: ↄcoꝛdare: pncipiare: mediare: cōplere maioꝛificare: ⁊ equalificare. oēs illi infinitiui ſunt floꝛes acqſiti. ſicut hō iuſt⁹ qui acqrit iuſtitiam: ⁊ homo caſt⁹ caſtitatem. Et ſubiecta iſtoꝛum floꝛum ſunt infinitiui naturales et eſſentiales ramoꝛū. ſcƷ naturale recolere intelligere ⁊ amare oꝛnati ⁊ induti de illis floꝛibus: qui ſunt inſtrumenta ad acquirendū floꝛes generales: qui ſunt acquiſitū ⁊ pductū recolere intelligere ⁊ amare i bonitate magnitudine duratione ptāte ⁊c̄. Hoc eſt dictū: ꝙ infinitiui rōnaꝝ implicant̄ ⁊ induunt̄ in floꝛib⁹ acquiſitis ⁊ pductis. vt angeli ſint digni ad recolendum intelligendū ⁊ amandū deū ⁊ ei⁹ opationes. etiā vt ſint digni: vt recolant̄ intelligant̄ ⁊ ament̄ p dñm deū nſm/ ⁊ p ipm gloꝛificētur. Et in hoc paſſu cognoſcit̄: quō angeli benigni facie ad faciē attingūt deū fixe ⁊ ſine medio/ ipm recolēdo intelligēdo ⁊ amando laudādo ⁊ benedicēdo/ ⁊ ab ipo bñdicto gr̄iam recipiēdo. ¶ Seraphin deū intelligit. ⁊ ſuo intelligere iuuant floꝛes. ⁊ inquātū deū bonū intelligit: flos facit ſuū intelligere bonū. ⁊ inquātū ipm intelligit magnū flos magnitudinis facit intelligere magnū. ⁊ q2 intelligere durat: iuuat flos durationis pſeuerātiā intelligere. ⁊ vt poſſit deū intelligere ſine medio: iuuat ptās data ad iuuādū intelligere. ⁊ volūtas illud iuuamē diligit: qđ ſit intelligere de ſeraphin: cū acquiſito bonificare magnificare durificare poſſificare. et idē de alijs floꝛibus. idcirco quieſcit volūtas in intelligere. Qm̄ quātū intelligere ſupꝛa aſcendit p iuuamē floꝛū: tātū aſcēdit amare volūtatis/ ⁊ ſtat fixe in amato. Et ſicut intelligere iuuat̄ ad aſcendendū per floꝛes: ſic amare iuuatur ad aſcendendū per floꝛes. Et in aſcenſu ipius amare habet intelligere quietē. quoniam equaliter ad obiectū aſcēdunt/ ⁊ equaliter induta ſunt ⁊ oꝛnata de floꝛibus. Et idē ſequitur de recolere: qđ ad recolitum aſcendit cū iuuamine floꝛū. intantū: ꝙ deus recolitur intelligitur ⁊ amatur cum oībus floꝛibus per bꝛanchas angeli. Et ſicut ſol attrahit ſupꝛa caloꝛem roris: qui ſupꝛa aſcēdit cum iuuamine ſolis: ſic bonitas dei attrahit et aſcendere facit ſuperius

bonitatē memorie intellect⁹ ⁊ volūtatis de ſeraphin. vȝ in recolendo /intelligendo/⁊ amando. Et idem eſt de magnitudine dei ⁊ de ſuis dignitatib⁹.⁊ ſic ſibi reſpōdēt īuicē dignitates ſupiores ⁊ flores inferiores in aſcēſionib⁹ actuū brāchaꝝ. Et hmōi reſponſio ⁊ aſcenſio multuȝ eſt placēs ad intelligēdū.⁊ ſi ille q̄ ipſum bn̄ intelligit ꝯ deū facit aliquā offenſam dignus eſt magna pena.¶ Seraphī intelligente deum ita alte dignitates dei ſunt exemplar ipſi intelligere de ſeraphin. Et idē eſt de recolere ⁊ diligere de ſeraphin ⁊ de aliis ſuis floribus.Et ſic deuȝ attingit duob⁹ modis.naturaliter vȝ ⁊ ſupra naturā. Naturaliter ſm̄ principia ſua primaria:de q̄b⁹ eſt ei⁹ trūc⁹ ſue brāche ⁊ ſui ramu.ſicut ignis q̄ nālr calefacit aerem/⁊ ſol qui naturaliter lunam illuminat.⁊ huiuſmodi nā licētiata ē p meritū floꝝ.Et attingit ſupra ſuā nām:īquātū de⁹ aſcēdere facit act⁹ brāchaꝝ ⁊ floꝝ.qm̄ ſicut voluntas de ſeraphī pl⁹ deū diligit ꝙ ſeipſȝ:ita intellect⁹ de ſeraphī deū pl⁹ itelligit ꝙ ſe ipſȝ:⁊ ſic aſcēdit ad itelligēdū ſupra ſeipſȝ: ⁊ pl⁹ intelligit ꝙ ſua nā ſufficere poſſit ad itelligēdū.Et de hoc qđ accipit ſupra ſuā nām: reuelat angelis inferiorib⁹: qui ita magnum intelligere nō hn̄t. ſm̄ ꝙ ipe eſt licentiatus p dominum noſtrum.

¶ De fructu arboris angelicalis.

Fructus arboris āgelical' ē nālis ⁊ ſupnālis. Nālis īquātū qlibet act⁹ ſuaꝝ brāchaꝝ venit ad cōplemētū. ſicut ſctūs michael archāgel⁹ q̄ itelligit intellectū amatū ⁊ recolitū ſub rōe bonitatis magnitudinis ⁊c̄.qđ ſiq̄dē recolitū itellectū ⁊ amatū ſunt fruct⁹ nāles brācharuȝ ⁊ ramoꝝ:vt radices nō ſint ocioſe nec vacue: vt finis ſit cētrū q̄etis.¶ Fruct⁹ q̄ eſt ſupra naturā arboris:eſt ſuprema recolibilitas intelligibilitas ⁊ amabilitas dei ⁊ q̄ ſunt de⁹ ⁊ ecōuerſo.Et he tres obiectabilitates ſupreme ſunt fruct⁹ arboris angelicalis cētrū ⁊ quies illi⁹.Et q: fructus ſunt ſupius ⁊ arbor eſt inferius:non poſſunt omnes fructus cōprehēdi p brāchas arboris.ꝙ ſi cōprehēderent:brāche forēt ita magne ſicut fructus. ⁊ idē ē de actib⁹ brāchaꝝ.Sunt ergo fructus magis ſupra ſicut amabilitas dei:q̄ maior eſt ī magnitudine bonitatis/eternitatis/poteſtatis ꝙ angelus amare poſſit.⁊ idem de intelligibilitate ⁊ recolibilitate dei. quare ſicut vnum vas qđ ſit in mare:plenum eſt aq̄: ita act⁹ brāchaꝝ pleni ſunt fructibus ſuperiorib⁹.⁊ ſicut totū mare in illo paruo vaſe intrare nō poteſt:ita fruct⁹ ſupiores cōprehēdi nō pn̄t p act⁹ branchaꝝ cū ita ſit: ꝙ fruct⁹ ſint īfiniti/⁊ act⁹ brancharū finiti.¶ Recolibilitas dei ⁊ idē de ſua intelligibilitate ⁊ amabilitate:eſt fruct⁹ recolitiuitatis angeli cū tota eſſentia diuina ⁊ cū tribus perſonis diuinis ⁊ cū omnibus dignitatibus diuinis.⁊ idē de tota nā diuina. Habet ſe ergo obiectū ſuperi⁹ infiniter in tota ſua totalitate ad potētiā īferiorē.q̄ ſiquidē potentia ſe habet ad obiectū cum tota ſua totalitate eſſentia ⁊ natura/⁊ cū omnibus ſuis floribus: intātuȝ ꝙ tota ſe implet ex obiecto.⁊ oēs ſue ꝑtes ſunt plene ex ipō: ſicut camera plēa aere ⁊ ſol luce.Etiā potētia plenior eſt obiecto ꝙ ferrū in fornace calore.quoniā in ferro eſt aqua:que reſiſtit calori cum ſua frigiditate/aqua exiſtēte ꝑte ferri compoſiti ⁊ cālati.ſed in potentia angeli nō eſt aliq̄ cōtrarietas:q̄ ſuo cōplemēto reſiſtat.Eſt ergo recolitiuitas angeli plenior recolibilitate dei ꝙ aliquod dolium vino vel camera aere vel ferrum calidum calore vel ſol luce.quoniā lux ſolis que eſt accidens tātū cōplere nō poteſt ſubſtantiam ſolis : q̄ maior eſt ꝙ accidens:ſicut facit ſubſtantia dei:que eſt recolibilitas: in implendo recolitiuitatē angeli. Eſt ergo iſtud cōplementū ita magnum. ꝙ recolitiuitas obliuiſci nō poteſt ſupremam recolibilitatem ſuperiorem:que ipſam implet.nec voluntas angeli ſe habere vult ad odiendum recolibilitatem:quoniam plena eſt ſumma amabilitate.de qua non eſſet plena:ſi memoria ſe habere poſſet ad obliuiſcendum fructum.Et ideȝ eſt de intellectiuitate angeli:que ita eſt plena intelligibilitate ſuperiori:ꝙ ſe habere non poteſt ad ignorāduȝ ipſam.Et oīa tria cōplemēta vidēt quidā angeli in aliis.Gloria ſ coꝝ q̄s eſt: qui poſſet cogitare narrare vel ſcribere.

# Arboꝛ euiternalis.

❡ De arboꝛe euiternali. Summariū.

Arboꝛ euiternal' diuidit̄ i ſeptē ptes. vʒ in radices/ truncū/ brāchas/ rāos/ foˡ/ flores/ ⁊ fruct⁹.

❡ Radices ſunt merita de pꝛincipijs generalibus.

❡ Truncus eſt duratio.

❡ Branche ſunt paradiſus ⁊ infernus.

❡ Rami ſunt retributiones.

❡ Folia ſunt accidentia.

❡ Flores ſunt actus gloꝛifica. ſiue cōdē.

❡ Fructus ſunt cōplementa finium.



¶ De arbore euiternali.

Per aliam viam arborē euiternalē cō
ſideramus.q̄ diuidit̄ ī ra-
dices/trūcū/brāchas/ ra-
mos/ fo'/ flores/ ⁊ fruct⁹.
¶ Per radices intelligim⁹ merita q̄ ve-
niūt p ſcdarias intētiões: q̄ fiūt p opa ar
tificalia ſub rōe pmoꝝ pncipioꝝ : q̄ ſunt
radices.ſicut merita acq̄ſita p bonitatē/
magnitudinē/pſeuerantiā/ptātē ⁊c.etiā
p brāchas arboris hūanalis ⁊ angelica-
lis ⁊ p arborē moralē.qm̄ de oīb⁹ iſtis iu
diciū dare op꜒ ⁊ rōnes.vt finis eſſe poſſit
in primis principijs.¶ Beat⁹ petr⁹ q̄ eſt
iuſtus/⁊ idē de ſeraphin:ē bon⁹ p ſuā iu-
ſtitiā:q̄ eſt bona ſub rōne bōitatis. Jdcir
co op꜒:ꝙ ſit remunerat⁹ cū bono.⁊ quia
ſua iuſtitia ē magna:op꜒ ꝙ remuneratus
ſit cū magno bono.⁊ q꞉ ſua iuſtitia dura
bilis fuit in hac vita:op꜒ ꝙ durabilis ſit
in alia.⁊ ſic de alijs formis.v꜒ ꝙ p bona꜒
ptātē remunerat⁹ ſit bono poſſito.⁊ p bo
nū itelligere remūerat⁹ ſit bono itellecto.
⁊ ꝓpter bonū amare bono amato.⁊ p vir
tuoſum amare ꝟtuoſo amato.⁊ ꝓpter bo
nū verū vero bono.⁊ ꝓpter glīoſum ama
re glīoſo amato.⁊ idē de cōcordātia dſ̄a
prin° medio ⁊ fine maioritate ⁊ eq̄litate.
Et iſte forme acq̄ſite ſunt radices arbori.
⁊ ſunt forme meritorie.v꜒ meritū boni cū
bono/⁊ meritū magni cū magno.⁊ ſic de
ceteris.¶ Machomet⁹ ⁊ idē de lucifero:
fuit iniuſt⁹ ⁊ falſus ſaracen⁹.⁊ q꞉ ſua iniu
ria luxuria ⁊ ſecta fuerūt male:o꜒ ꝙ remu
nerat⁹ ſit malo ꝓpter malū.⁊ q꞉ fecit ma
gnū malū ī hoc:ꝙ plēs hoīes poſuit ī er-
rore:op꜒ ꝙ ei⁹ merces ſit magna ī pena.⁊
q꞉ malū illoꝝ durauit ⁊ durat: op꜒ ꝙ re-
muneratio in pena duret.⁊ idem eſt de ce
teris formis.Et iſte culpe acquiſite ſunt
radices ⁊ mala merita. Hoc idē ſequitur
de mechanico:qui malum op⁹ facit:cum
quo gentes decipit. Et idem eſt de malo
iudice:qui dat falſum iudicium.⁊ de ho-
mine auaro diuite:qui finē ſuaꝝ diuitia-
rum impedit.quas aufert pauperib⁹: qui
ipſis diuitijs indigent.⁊ ſic de alijs ſimili
bus iſtis.¶ Sicut ſuba pomerij et eq̄/et
idem eſt de alijs ſubſtātijs nālibus : ſunt
plene formis realibus.⁊ natura nō ſuſti-
net:ꝙ ſint vacue:ſic iuſtitia dei non ſuſti-
net:ꝙ aliqua opa facta p hoīes ⁊ p ange
los ī operādo ī cogitādo ⁊ ī alijs modis
in q̄b⁹ opa fieri pñt:in fine iudicij obliui-
ſcātur.q꞉ iuſtitia dei eſt magna rōe cuius
op꜒ ſiue neceſſariū eſt: ꝙ ſubm iudicandi
ſit magnū. Et ī hoc paſſu cognoſcitur:ꝙ
hoīes pctōres q̄ diu pſeuerauerūt in pctō
ſiue pctīs de q̄b⁹ plura mala ī eoꝝ ſequa-
cibus ſecuta ſunt:habebūt reddere in die
iudicij de plurib⁹ rationē. Et iſtū paſſum
conſiderare eſt multū terribile homini-
bus peccatoribus.

¶ De trunco arboris euiternalis.

Per trūcū euiternalē intelligi
mus durationē bonoꝝ meri
torum ⁊ maloꝝ ⁊ magnoꝝ ⁊
puoꝝ ⁊ illoꝝ:qui hīti ſunt p
magnā ptātē bonitatis:aut
mali magni aut parui intelligere/magne
amatiuitatis aut pue/⁊ magne odituita
tis aut pue/magne ꝟtutis aut parue/ma
gni vitij aut pui. ⁊ ſic de ceteris. Quare
oēs forme trūci q̄ ſunt ſue radices:conſti
tuūt vnā durationē meritorū ⁊ culpaꝝ: q̄
finē nō habebit.quā durationē trūcū eui
ternalē appellam⁹:q̄ ſemp durabit:vt iu-
ſtitia dei ſubm hēat:in quo iudicare poſ-
ſit.¶ Jn hac vita ſunt opa hoīm pmo in
pn° poſtmodū ī medio ⁊ vltimo ī fine: cū
moriunt̄. ⁊ poſt finē nō pñt eſſe.qm̄ finis
nō eēt hoc:qđ eſt.ſicut martin⁹ q̄ nō foret
hoc:qđ eſt ſine capite. remanēt ḡ opa ī fi-
ne euiternata ita : ꝙ nō ſunt poſt finē.Et
in hoc pūctu finis: v꜒ q̄ eſt vltim⁹ finis: q̄
eſt ī morte extēſus : veniūt illa q̄ ſunt eui-
ternata:ſicut fruct⁹ arboꝝ: q̄ eueniūt ma
turi in eſtate. Et ī hac euiternitate durāt
merita ⁊ culpe. qm̄ in illo fine colligunt̄
oīa opa : q̄ hoīes fecerūt ī hac vita/⁊ que
poſita ſunt ī vna linea euiternali : que h꜒
principiū ī fine mortis. ⁊ nō pōt hr̄e finē
priuatiōis. q꞉ eſt ī fine iudicij.Et iſte paſ-
ſus eſt placēs iuſtis ad cōſiderādū/ ⁊ hor
ribilis pctōribus.¶ Scđm ꝙ dictum eſt
in arbore angelicali : v꜒ ꝙ ſicut branche
ſunt ex radicib⁹:ita trūc⁹ euiternalis ſub
forma durationis eſt ex meritis ⁊ culpis.

videlicet ꝙ culpe ⁊ merita ſuſtētata ſunt
in euiternitate: vt iudiciū durare poſſit/ et
ꝙ finis meritoꝝ ſit quies euiternal'r/ ⁊ fi
nis culparū laboꝛ: q̄ finis eſt vacuitas vir
tutū ⁊ pꝛimaꝝ foꝛmarū realiū: que euiter
naliter ſe habebūt ad ſuum centrū. ⁊ nū=
q̄ illud attingent nec habebūt.

## ¶ De bꝛanchis arboꝛis euiternalis.

Duobus modis cōſideramus
bꝛanchas arboꝛis euiterna=
lis. vnomodo intelligim⁹ pa
radiſum. aliomodo intelligi
mus infernū. Et paradiſum
intelligimus in celo empireo qđ eſt ſupꝛa
firmamentū. qđ eſt luce plenū. de q̄ luce in
duta erūt coꝛpa gloꝛificata: que tātū luce
bunt. ſicut eſt illa lux ⁊ plus etiā: q̄ eſt lux
ſolis. q̄ plus lucet i ſole q̄ i luna: ⁊ ſic erit
lux de luce. Et illa lux euiternal'r durabit
⁊ maioꝛ erit in qbuſdā coꝛpib⁹ q̄ i alijs:
ſm ꝙ merita erūt maioꝛa aut minoꝛa in
hoīb⁹ iuſtis. q̄re ſicut euiternal'r erit lux
de luce: ita erit paradiſus euiternal'r ſan=
ctoꝛū ſm coꝝ merita. ⁊ erit ad gl'iam dei
ipſum recolēdo intelligēdo amādo ⁊ lau=
dādo/ ipſo benedicto dāte ſe obiectiue ad
euiternā gloꝛificatiōem ꝑ bonitatē bene/
⁊ per magni^cm^ magnifice/ ⁊ ꝑ durationē
euiternal'r/ ⁊ ꝑ ptātē potenter/ ꝑ intellige
re itelligibil'r/ per amoꝛē amabil'r/ ꝑ v̄tu
tē v̄tuoſe/ ⁊ ꝑ v̄itatē vere/ ⁊ ꝑ gloꝛiā gl'io
ſe/ ⁊ ꝑ finē cōplete. ¶ Infernus erit ſcđa
bꝛācha arboꝛi euiternalis. ⁊ erit i abyſſo
terre/ ⁊ i maioꝛi ꝯꝛio lucis ⁊ bonitatis ve=
ritatis finis gl'ie ⁊ amabilitatis. Et ſm
ꝙ culpe erūt maioꝛes: maioꝛes erūt pene
magnifice male euiternal'r intelligibil'r
o dibil'r ⁊ deſperāter ⁊ in vacuitate toti⁹
cōplemēti. Et erit i inferno tātū euiterna
lis: ſicut bꝛācha paradiſi i celo empireo.

## ¶ De ramis arboꝛis euiternalis.

Duo ſunt rami arboꝛis euiter
nal'. vn⁹ ē de bꝛācha ꝑadiſi.
ali⁹ ē de bꝛācha inferni. Ra
mus ꝑadiſi multiplicat⁹ eſt i
tribus ramis. Un⁹ ram⁹ eſt
iuſtitie. alius v̄o gr̄e. ⁊ alius ē paſſionū.
Ramus qui eſt iuſtitie eſt ille qui reddit
bonum pꝛo bono: ⁊ magnū pꝛo magno:
et durabile pꝛo durabili. et ſic de alijs.

¶ Et ramus qui eſt per gratiā eſt ille qui
dat plus de bono q̄ meritū habitū ꝓpter
bonū/ ⁊ magis de magno bono. ⁊ dat ꝑ
durationē euiternalē durationē: ⁊ ſic de
alijs foꝛmis q̄ dona multiplicāt ſine qb⁹
ſcti acq̄rere nō poſſent gl'iam euiternalē.
¶ Tertius ram⁹ eſt paſſionū: vꝫ retribu
tionū i gl'ia receptaꝝ. In gl'ia iuſte ꝑ iu=
ſtitiā ⁊ euiternal'r ꝑ gr̄am: quas remune
rationes ſcti recipiūt ex ſupꝛemo iudice
liberali fine oīm cōplemētoꝝ. ¶ Ramus
infernalis multiplicatus eſt in duob⁹ ra
mis. vn⁹ eſt iuſtitie. ⁊ ali⁹ ē paſſionū. Ra=
mus iuſtitie dat malū ꝓ malo: ⁊ magnū
malū pene pꝛo magno malo culpe. ⁊ dat
malū euiternale: vt euiternaliter punire
poſſit pctōꝛes: q̄ ꝯ eternitatē errauerūt.
q̄ infinita eſt i duratione/ ⁊ q̄ ſuā ſilitudi
nē ꝓducit i euiternitate cū magni^e^ boni=
tatis i bonis/ ⁊ cū magni^e^ mali i malis.
⁊ cū magni^e^ durationis in bonis/ ⁊ cum
magnitudine durationis in malis. que
magnitudo durationis eſt euiternitas. q̄
eſt aliqua ſilitudo in duratione eternita=
tis: inquātū eſt ſine fine. Quā euiternita
tē opꝫ eſſe de neceſſitate: vt eternitas pꝛo
ducere poſſit i tātū ſuā ſilitudinē: ſicut di
uina bonitas i bonitate/ ⁊ diuina magni
tudo in magnitudine. ⁊ ſic de alijs.

## ¶ De folijs arboꝛis euiternalis. Et pꝛimo de quantitate.

Euiternitas ita eſt in q̄titā=
te: ſicut linea q̄ eēt in pꝛinci=
pio terminata ⁊ nō i fine. ſi=
cut i foꝛma ignis: qui v̄tutē
habet multiplicatiuam: ſm
ꝙ materia combuſtibilis ⁊ calefactibilis
ſufficere poſſit. qm̄ ignis ſemꝑ creſceret ⁊
duraret i cōburēdo: ſi lignū eēt ſemꝑ mul
tiplicatū. Eſt ḡ quātitas euiternitatis in
tp̄e incepta rōe meritoꝝ ⁊ culpaꝝ: que in
tp̄e pꝛincipiū habuerūt. ⁊ nō eſt termina
ta in fine. qꝛ merces iuſtoꝝ durat: ⁊ pena
iniuſtoꝝ ⁊ v̄tus iuſtificatiuitatis iudicis
ſupioꝛis. hāc v̄tutē nō hꝫ ignis: qm̄ nō
pōt facere durare lignū i ſua v̄tute: qꝛ eſt
ꝯ lignū qđ cōburit. ſed iuſtificatiuitas ſu
perioꝛ durare facit i ſua v̄tute iuſtificabi
litatē iuſtoꝝ i cōtinua q̄titate euiternali.
qꝛ cū illis hꝫ cōcoꝛdātiā in magnitudine

bonitatis ⁊ eternitatis. ⁊ durare facit pu
nibilitatē iniuſtoꝝ. q̄ꝛ iudicare ſuū ꝯcor=
dantiā habet cū magnitudine bonitatis
eternitatis ⁊c̄. ¶ Sicut continua q̄titas
bonitatis ſuſtētata eſt in q̄titatibꝰ diſcre
tis: q̄ ſunt de eēntia cōtinue. vꝫ bonificati
ui bonificabilis ⁊ bonificare: qui ſunt de
eēntia bonitatꝭ: ita q̄titas ꝯtinua euiter=
nitatis diſcretas hꝫ q̄titates: in qbꝰ ē ſu=
ſtētata. vꝫ q̄titates hoīm ⁊ angeloꝝ: in q
bus eſt ſuſtētata euiterna q̄titas cōtinua
gl'iabilitatis in glorioſis / ⁊ tormentabili
tatis in dānatis. rōne cuius ſuſtētatiōis
oportet ꝙ ſint q̄titates diſcrete euiterna
biles. vt cōtinua q̄titas euiternalis habe
re poſſit ſubiecta euiternalia: in qbꝰ ſuſtē=
tari poſſit. ſicut magniꝰ bonitatis: cuius
q̄titas ꝯtinua neceſſitatē hꝫ: ꝙ diſcretas
hēat q̄titates: in quibus poſſit ſuſtenta=
ri. vt eſſentia bonitatis ſit durabilis.

¶ De q̄litatibꝰ arboris euiternalis.

Qualitates arboris euiternalis
ſunt ſſilitudines acq̄ſite: ⁊ ſſilitu
dines ſoꝝ realiū in bonis: et
diſſilitudines ſoꝝ realiū ī malis. ſicut
beatꝰ petrus q bonus eſt ꝑ bonitatē iuſti
tie / ⁊ iudas q malꝰ eſt ꝑ malitiā ꝓditiōis.
¶ Bonitas ſcti petri eſt q̄litas appropa
ta per iuſtitiā. ⁊ malitia iude eſt q̄litas cō
tra bonitatē appropriata ꝑ traditionē: q
fuit: qn̄ tradidit dn̄z ieſuz xp̄z. ⁊ iſte q̄lita
tes appropriate ſunt euiternalr̄ appropa
te. qm̄ ſic igni ē appropata ſiccitas: vt cū
illa aerē mortificet ⁊ ꝯpellat ad recipiēdū
ſuū calorē: ſine q̄ ſiccitate ignis aerem ca
lefacere non poſſet: qm̄ ſua magna ſimpli
citas ꝯpōnem illius ⁊ ignis vitaret: ita oꝫ
ꝙ beato petro ſit appropata qualitas bo
nitatis in euiternitate. vt merces durare
poſſit: quā btūs petrus acq̄ſiuit cum iuſti
ficatiuitate: cui oportet ꝙ reſpondeat ſu=
perior iuſtificatiuitas que cauſat ſuā ſil'i
tudinē in euiternitate. quam cauſare non
poſſet ſi qualitas acquiſita ꝑ ſctm̄ petrum
non eēt appropata in euiternitate. ⁊ ma=
ior eſſet cauſabilitas inferior q̄ cātiuitas
ſuperior. qd̄ eſt impoſſiᶜ. oꝫ ergo ꝙ bonifi
catiuitas btī petri ſit qualitas euiterna.
⁊ idem eſt de qualitate iude: quā per tra=
ditionē acquiſiuit / ⁊ que eſt malefactibili
tas. vt ſuperior punitiuitas ſubiectū ha=
beat euiternū. quod nō haberet: ſi malefa
ctibilitas ī priuationē deueniret. et foret
maior in diſpōne ⁊ ordine punibilitas q̄
iuſtificatiuitas ſuperior. ⁊ hoc eſt impoſſi
bile. ¶ Deꝰ creauit ſctm̄ michaelē / ⁊ ipꝫ
creauit in tēpore. qm̄ ſine tpe nulla crea=
tura creata pōt eſſe. ꝙ ſi creata foret ſine
tpe: nō eēt pricipiata: ⁊ ſine ꝑncipio crea
tura eē nō poſſet. cū ita ſit: ꝙ creatura ſit
res ꝓducta de nihilo. Et q̄ꝛ ſanctꝰ micha
el creatus fuit in tempore: ⁊ in illo tēpore
ſe libere conuertit ad recolendū intelligē
dum et amandum deū cū tota magnitu=
dine ſue bonitatis: durationis: memorie:
intellectus: ⁊ voluntatis: v̄tutis: ⁊ v̄itatꝭ:
fuerūt ei qualitates appropriate in euiter
nitate ratiōe totalitatis ꝯuerſionis. Et ſi
fuiſſent appropriate extra euiternitatem:
non eſſet tota cōuerſio in actu. qm̄ de ipa
aliq̄d remāſiſſet in potētia. rōne cuiꝰ deli=
berationē habere poſſet ad odiendū deū
ignorandū ⁊ obliuiſcendū. q̄ꝛ ſicut ſol ita
cito ſicut deꝰ ipm̄ creauerit: ſe totū cōuer=
tit in motū circularē / ⁊ luce totus fuit illu
minatus ſine aliqua obſcuritate: ita bea=
tus michael ⁊ multomelius (q̄ꝛ eſt ſubſtan
tia ſpūalis) ſe totū conuertit ad recolēdū
intelligendū ⁊ amādū deū. ⁊ in illo nō re
manſit aliqua poſſibilitas: ratione cuius
deum poſſet obliuiſci ignorare nec odire.
Idcirco oportuit: ꝙ meritū acquiſiuiſſet
in euiternitate. ⁊ idē eſt de magnitudine
duratione ⁊ ceteris. Eſt ergo ſanctus mi=
chael qualificatus ⁊ qualitatibus euiter=
nalibus indutus / cū iuuamine tamē gra=
tie ſuperioris. Et idem ſequitur de lucife=
ro per ꝯtrariū. qui totum ſe cōuertit ī ma
lis qualitatibꝰ cōtra bonas. intātū ꝙ in
illo nō remanſit aliqua poſſibilitas: quō
ad bonū ſe conuertere poſſet. Unde ſicut
lapis qui cadit inferiꝰ per aerem: qui ra=
tione ſue ponderoſitatis nullam hꝫ poſſi
bilitatem aſcendendi ſuperius: ita lucifer
totus conuerſus in malitiam nullam ha=
bet poſſibilitatem ſe conuertendi in bo=
nam qualitatē. Idcirco oportet: ꝙ ī eius
mala qualitate ſit euiternitas.

¶ De relatione arboris
euiternalis.

SEcundū curſuꝫ nālē durāte ſuba ſp̄ durat rl'o forme ꝛ materie. ita ꝙ forma ſit agens ꝛ mā̄ patiens. Silr̄ mō eſt de relationib⁹ euiternalib⁹. qm̄ durante btō petro bono p̄ iuſtitiā durant remuneratiuū remunerabile ꝛ remunerare in bonificare. in quo ſe habent relatiue rōe boni ſubiecti. qđ eſt beat⁹ petr⁹. Et ſi relatio deficeret: iniuriatū eſſet ſubiecto. ꝛ ī illo duraret rl'o ꝯrioꝝ. vꝫ iniuriatiuum: ꝛ p̄ bonitatē remūerabile ꝛ bonificabile ꝛ glorificabile. Et h̄ ē īpoſſi^e: ꝙ hmōi duratio eſſet in euiternitate/ nec extra euiternitatē. cū iuſtificatiuū ſupra ſit in magnitudine bonitatis eternitatis ꝛc̄. Eſt ergo relatio ſuperior euiterna inter iuſtificatiuum iuſtificabile et in bono remuneratiuum remunerabile. ¶ Judas ſcarioth fuit malus per malitiam. in qua malitia īcepit relatio malificatiui ꝛ malificabilis in malificare. quod fuit peccare iude ꝛ ſubiectū rl'onis. vñ iuda mortuo ī malitia remāſit ſubiectū rl'onis. vꝫ peccare ꝯuerſuꝫ in malificare. Oportuit ergo ꝙ poſt mortem iude remanſiſſet in euiternare ſubiectū relationi punitiui ꝛ punibilis ſuſtentate in punire. ¶ Quicq̄d deus creauit: creatum eſt propter finē ſupremū. vt creatum ſit cū magnitudine bonitatis/ eternitatis/ poteſtatis/ ſapiētie/ volūtatis/ v̄tutis/ v̄itatis/ gl'ie ꝛ finis. Eſt ergo tot⁹ mūdus creat⁹ rōe ſupreme recolibilitatiſ ītelligibilitatis ꝛ amabilitatiſ. Opꝫ ḡ ꝙ creata q̄ ſunt memoratiuū intellectiuū ꝛ amatiuū: reſpōdeāt in euiternitate ſupremis obiectabilitatibus. ita ꝙ ſe habeant relatiue in recolere intelligere ꝛ amare in euiternare ſuſtentatis. ſine quo deficerēt obiectabilitates ſuperiori magnitudini bonitatis creataꝝ obiectatiuitatuꝫ. quibus deficeret magnitudo finis: rōe cuius create ſunt. et ſic eſſet cōtrarietas in relatione formaꝝ actiuarū et paſſiuarū. que ꝯrietas impoſſibilis eſt. Oꝫ ergo ꝙ cōcordātia ſit in euiternitate relationū: que ſunt antedicte. Et idē ſequit̄ de relatiōib⁹ ꝯriīs. ſicut lucifer ꝯri⁹ ſupremis obiectabilitatib⁹ cuꝫ malo recolitiuo intellectiuo ꝛ amatiuo.

¶ De actionibus et paſſionibus arboris euiternalis.

IN corpore beati petri glorificati ſtabunt actiones ꝛ paſſiones ī cōcordātia ſine ꝯrietate. ſicut ignis qui calefaciet aerē/ aquā/ ꝛ terrā. ita in naturali ꝯcordātia: ſicut eſt cōcordātia forē ꝛ materie: q̄ ſe habēt ad ꝯſtituēdū ſubāı: in qua quieſcunt. Idcirco actio et paſſio que erunt in corp̄e beati petri: erunt ſine corruptione ꝛ gñatiōe. ꝛ erūt ita euiterne ſicut circulus: q̄ eſt ſine diſcreta quantitate. Et idem erit de actionibus ꝛ paſſionibus ſpiritualib⁹ in iuſtis. ſicut volūtas bti petri: que euiternaliter erit remūerata in ſua amatiuitate et amabilitate cum magnitudine bonitatis ꝛ amare. ¶ Corpus iude ſcarioth euiternaliter erit infernatū et ſubiectū plurīū actionū ꝛ paſſionū cuꝫ ꝯtrarietate qualitatū ſine aliqua ꝯcordātia. ſicut ignis q̄ calefaciet aerē. de q̄ calefactōe aer hēbit paſſionē. qm̄ remota erit concordātia: quā hr̄e ſolebāt in hac vita. Item ignis calefaciet aquā/ ꝛ aqua ignē infrigidabit: cum contrarietate amborū calore durante in igne ꝛ ī aqua: ꝛ in igne et aqua durabit frigiditas rōne iudicij et ſui ſubiecti/ ꝛ idem de ꝯtrarietate aliorū elemētoꝝ: ꝛ ſic in illis durare nō pōt ꝯcordātia. vt punitio ſit ſimplex. ꝛ durabit cōtrarietas in euiternitate. vt iudiciū ſubim habeat: in quo durare valeat. Et iſtud ſubiectū qđ habet euiternales actiōes ꝛ paſſiones non eſt generabile nec corruptibile. Quoniā ſicut lapis ꝯ ſuā pōderoſitatē ſuperius aſcendit artificialiter: ita ſupra curſum naturalem durabunt in corp̄ibus dānatorū ꝯtrarietates euiterne actionuꝫ ꝛ paſſionū. Et idē erit in ſpūalibus actionibus ꝛ paſſionibus. ſicut voluntas iude ſcarioth: q̄ paſſionem habebit in amādo ꝛ in odiendo rōe actionis: quā ſuus ītellectus habebit intelligēdo: ꝙ nunq̄ voluntas hēbit hoc: qđ deſiderabit. ꝛ euit̄naliter habebit hoc qđ nolet. Et idem ſequitur de paſſiōe: quā intellectus habebit in hoc: qđ volūtas volet. et odiet quietē cui⁹ intellectus nolet: ꝛ priuationē finis illius diliget. Et iſte actiones et paſſiones ſunt ita magne: ꝙ cogitare nec narrare poſſet aliquis.

¶ De habitib⁹ arboris euiternalis.

Habitus euiterni ſunt duo ſꝫ brāchas arboris.vꝫ ꝙ quidam ſunt habitus: quos habēt ⁊ habebūt ſancti de glīa. ⁊ alij ſunt: quos habent et habebūt dānati de triſtitia. Habent ſancti habitus letitie. ⁊ dānati habent habitus triſtitie. ſicut beat⁹ petr⁹ hꝫ in habitu ita letitiā ſicut iuſtitiā ⁊ ſanctitatē. et ſicut iudas ſcarioth qui habet ī habitu ita euiternaliter triſtitiā ſicut iniuriam ⁊ penam. ❡ Intelligere beati petri habituatum eſt in euiternitate: quā ita intelligit: ſicut intelligit ſuā intellectiuitatē: que intelligit itelligibilitatē euiṫnitatis. ⁊ ipaꝫ intelligit ſub habitu bonitatis glorie et charitatis. Et ideꝫ eſt de intelligere iude: qđ in ꝯtrariū habituatū eſt in euiternitate ſua/intellectiuitate intelligente intelligibilitatem euiternitatis ſub ratione malitie pene ⁊ odibilitatis. ⁊ idem ſequiṫ de habitu memorie. Et iſti habitus ſunt inſtrumēta: ꝑ que ſancti habēt glīam euiternaliter/et dānati penā. Judas habet habitum conſciētie ⁊ deſperantie cum habitu triſtitie: ⁊ cū habitu intelligētie euiterne/et memorie ſiliṙ. intātū ꝙ oēs hiꝰ erūt ita appropriati euiternati: ſicut lux ſoli ſine corruptiōe lucis ⁊ ſubſtātie. Et iſte paſſus ē valde horribilis pctōribꝰ ad ꝯſiderādū. ⁊ ꝑ ꝯtrariū eſt ſctis valde placēs ⁊ delectabilis ſub rōne ſctē ꝯſideratōis hitiate de charitate gloria iuſtitia et bonitate.

❡ De aſſituatiōe arboris euiternalꝛ.

In celo empireo ſunt angeli ante dñm ieſuꝫ xp̄m. ſm magnitudinē bonitatiſ iuſtitie ⁊ charitatis aſſituati ⁊ ordiati. ⁊ idē eſt de ſctis hoībꝰ. Et hmōi aſſituatio erit euiterna. Et ī iferno aſſituati ſunt demones euiternaliṙ. ⁊ ideꝫ erit de hoībus dānatis. q̄ ſtabunt ita aſſituati in igne q̄dā ſupra alios: ſicut ī montibus altis q̄dam lapides ſupra alios. Et idē erit de illis: q̄ ſtabūt aſſituati in aqua feruēti: ſicut piſces in mari. Et hmōi aſſituatio erit realis: īquātū ſubie et ſubiecte. q̄ erit euiternaliṙ intellecta: ita neceſſario ſicut erit realis aſſituatio. Et iſte paſſus ē valde horribilis ⁊ timibilis: quē homīes ſepius conſiderare deberent. vt timorem haberent/et peccatis reſiſterent.

❡ De tempore arboris euiternalis.

Quando deꝰ creauit mūdū: illū creauit cum magnitudine bonitatis ſapientie voluntatis. et ſua ſapiētia comprehendit certum numerū hominū creabiliū. Et eius volūtas illam cōprehēſionē numeri dilexit. ⁊ bonitas ipſum numerum bonificauit. Fuerūt ergo homīes creati ſub certo numero preuiſo: āteqū creati fuiſſent ꝑ ſapientiaꝫ dei. Oportet ergo ꝙ motus firmamēti q̄ eſt: vt ſit generatio ⁊ corruptio in inferioribus ad generādum ⁊ producēdum corpora hominū: habeat finem ⁊ ſtationem: vltra quē finem nō ſit motus eorum nec firmamenti. Erit ergo completa productio numeri hoīm. intātū ꝙ non erit aliquis naturalis motus corporalis in firmamento nec in eīs. Idcirco tempus ſubin non habebit: in quo poſſit eſſe multiplicatio annoꝝ ⁊ mēſiū dierū ⁊ horaꝝ ⁊ momētorū. Nō erit ergo tēpus in ſucceſſiōe ſubaꝝ moraꝝ de vno tempore ī aliud. Erit ergo tempus euiternum ſine motu. ❡ Piſcis motus in aqua moueṫ ex vno loco ī aliū. ſed nō de vna aqua in aliam. cū aqua vna ſit in ſeipſa per eſſentiam. ita ꝙ piſcis de eſſentia aque nullā facit differētiā. Similimō corpa glorificata in glīa mouebūtur in tpe de vno loco in aliū/ quolibet corpe ſe mouēte ad ſuā volūtatē ſub rōne bonitatis ⁊ placiti. ita ꝙ in tempore non erit differentia re in ſe per aliquam ſucceſſionem motus. quia hora nec motus ſe non multiplicabunt de vno tempore in aliud. Erit ergo motꝰ illorum in tempore euiterno ſine ſucceſſione temporis: q̄uis ſucceſſio ſit ſm motum loci/corpe ſcti ſe mouēte de oriēte ad occidētē/⁊ de occidente ad celū empireum. ⁊ ſic de alijs locis. Sicut motus glorificati corporis non multiplicabit horam neq̄ momentum diem neq̄ annū in tempore: ita obiectatio potentiarū q̄ ſe habebūt ad glorificationē in recolendo/intelligēdo/⁊ amādo/audiēdo/⁊ vidēdo nō multiplicabūt horam momentū diem neq̄ annum in tempore. ⁊ ſucceſſio erit de vno obiecto ī aliud ſm magnitudinē bōitatis glīe ⁊ ṽitatis. ſicut erit ſucceſſio motꝰ de quo dictū ē. Et iſte paſſus pla

cens eſt ad conſiderandū.⁊ in illo diuina
gloria ſignificatur eſſe euiterna.

¶ De loco arboris euiternalis.

Sancti glīe ſe mouebūt ad placi-
tū de vno loco in aliū.⁊ in quocūq;
loco ſint:glīaʒ habebūt. vt dſ̄ta
vniꝰ loci ⁊ alteriꝰ glīam nō conſumat eui
ternā:q̄ erit in celo empireo/ ⁊ etiā intra
firmamētū.ſm ꝙ ſcti placitū in motu ha
bebunt. Uñ ſicut motꝰ corporis glorificati
aliquā realitatē nō ponit ſucceſſiuā in tē-
pore euiterno:ita motꝰ corporis glorificati
aliquā realitatē ſucceſſiuā nō ponit glori
ficatiōis diſtincte/ ꝑ motū de vno loco in
aliū.vt dſ̄ta locorū que eſt: vt poſſit eē mo
tus corporū glorificatoꝝ euiternā gloriaʒ
nō conſumat.Et iſte paſſus ſubtilis eſt ad
intelligendū.¶ Locus dānatoꝝ eſt infer
nus:q̄ eſt euiternꝰ.⁊vno corpe dānati mo
to de vno loco in alium/in quocūq; ſit mo
tum:habebit penā.ſicut piſcis in mari:q̄
mouetur de vno loco in aliū: ſemꝑ cuʒ aq̄
participat.ita ꝙ mutatio vniꝰ loci in aliū
piſcē ab aqua nō diuidit/ neq; aquā a pi-
ſce.Idcirco locus inferni erit ſubiectum
euiterno tormēto.ita ꝙ corpus dānatum
ſtabit ita fixe in igne: ſicut lapis ī anulo/
aut aries in firmamēto.ſiue illud corpꝰ ſit
motum per flāmaʒ ignis: aut per aquam
de vno loco in alium.

¶ De floribus arboris euiternalis.

Flores arboris euiterna-
lis ſunt gloriationes eter
ne.ſicut gloriatio : bonifi
care:durare:poſſificare:i-
telligere:amare: ꝟtuifica
re:omnibus iſtis ornatis
glorificari et indutis.

¶ De glorificatione bonificare.

Gloriatio que eſt de bonificare ī
euiternare erit in ſanctis ſub ra-
tione bonitatis/ exiſtente boni-
tate ratione bonificare/et gloria gloriari
illud bonificare:ita videlicet ꝙ bonifica-
tiuum bonificabile et bonificare erūt ple-
na gloriari/⁊ eſſentia bonitatis ſimiliter.
cum ita ſit: ꝙ eius complemētum ſunt bo
nificatiuum bonificabile ⁊ bonificare:qđ
complementum habebit in euiternare.
¶ Gloriari quod eſt de bonificare: iuua-
bit magnificare:vt ſit magnum. quod ſiq̄
dem magnificare erit extenſum per totū
bonificatiuum bonificabile ⁊ bonificare.
quod ſiquidē magnificare non poſſet eſſe
extenſum ſine extenſiōe gloriari ⁊ euiter-
nare.quoniaʒ ſi deficeret euiternare ⁊ glo
riari:in illo eſſet minorificare/⁊ non poſ
ſet eſſe magnificare quod cum maiorifica
re habet concordantiam. ¶ Gloriari qđ
eſt de bonificare:iuuat durare:quod ſe ex
tendit in bonificatiuuʒ bonificabile ⁊ bo
nificare cum gloriari.vt ſint in euiterni-
tate.qm̄ inquātum bonificatiuum durat:
oportet ꝙ durent bonificabile ⁊ bonifica
re.⁊ econuerſo. Et per hanc durationem
gloriari durat.quoniaʒ magna gloria eſt
bonificatiui: ꝙ ī euiternare ⁊ gloriari ha
bere poſſit ſuum bonificabile/⁊ bonifica-
re.⁊ idem eſt de magnitudine glorie ī bo-
nificabile ⁊ bōificare. ¶ Gloriari qđ eſt
de bonificare:iuuat poſſificare inquantū
bonificatiuuʒ poteſt eſſe bonificans.⁊ bo
nificabilis poteſt eſſe in euiternare. ⁊ idē
eſt de bonificare: quod poteſt eſſe in eui-
ternare.⁊ ex ambobus poſſe poteſt eē bo-
nificare. ⁊ ex bonificare ⁊ poſſificare que
ſunt in euiternare:ſequitur eternum glo-
riari.idcirco remanēt in euiternitate pro
ductum bonificatum bonificabile gloria
tum ⁊ gloriabile.Et iſte paſſus eſt placēs
ad cōſiderādū.¶ Intelligere iuuat glo-
riari: quod eſt de bōificare. qm̄ intellectꝰ
ſcti intelliget in ſua bonitate euiternali-
ter gloriatum/ bonificantem bonificabi-
lem ⁊ bonificare.de quo intelligere ſeque
tur gloriari in ſuo ītelligere.Et ex gloria
ri quod erit ī intelligere euiternaliter ac-
cipietur lumen ex bonificare intellectum
in gloriari ⁊ in euiternare. Et iſte paſſus
ſubtilis eſt ad intelligendum . ¶ Amare
iuuabit gloriari:quod eſt de bonificare.
quoniā voluntas beati volet: ꝙ in ſua bo
nitate ſint euiternaliter bonificās bonifi
cabile ⁊ bonificare.et ita erit ſicut volet.
Et q2 in bonitate ſequet̄ hoc ꝙ voluntas
volet:ſequetur in ſuo amare gloriari . de
quo gloriari erit intellectui lumen in bo
nificare. Et ſic erunt duo lumina euiter-
naliter in gloriari vno lumine ab alio lu
mine accepto.Et iſte paſſus eſt valde pla-

cens ad conſiderandū. ¶ Uirtuificare iuuabit gloriari: qđ eſt de bonificare: qm̄ virtus bonitatis euiternaliter ſtabit in eēntialibus ↄcretis bonitatis. vnde ſequetur in bonificare euiternum gloriari. qm̄ magna gl'ia bonitatis erit: ꝙ euiternal'r habeat in ſe virtuoſum bonificās: virtuoſuʒ bonificabile: ꝛ ṽtuoſuʒ bonificare. ¶ Uerificare iuuabit gloriari: qđ erit de bonificare. qm̄ veritas dei ponet ī vero euiternaliter bonificans bonificabilē ꝛ bonificare bonitatis. Et ex hoc ſequet̄ gloriari ī bonificare. qm̄ magna gloria erit bonitati: ꝙ euiternaliter ꝛ ṽe ſint ſua ↄcreta in verificare bonificantis bonificabilis ꝛ bonificare. ¶ Scd̄m ꝙ oſtēſum eſt: quomodo florē bonitatis iuuant alij flores: data eſt doctrina: quomodo vnꝰ flos iuuat ad habendū gloriari in euiternare. ſicut gl'iari qđ erit de magnificare: cui iuuat flos bonitatis: inquantū ip̄m bonū facit. ꝛ idem eſt de duratione: inquātum ip̄m durare facit. ꝛ ſic de poteſtate: inquātū pōt p ipſam poteſtatem. Et ſicut de bonitate exempla poſuimꝰ: ſic de alijs exēpla poni poſſunt.

¶ In arbore euiternali ſunt flores: q̄ ſūt cōtrarij illis floribꝰ: de quibus dictuʒ eſt. Qui ſiquidem flores ↄtrarij ſunt euiternalia tormenta in damnatis ſuſtētata. ſicut tormentare reale: bonitatis: magnitudinis: poteſtatis: intellectꝰ: volūtatis: virtutis: ꝛ ṽitatis. que ſunt reales partes et naturales ſubſtantie dānati. Et iſti flores inuicem tormētare iuuant: vt tormentum ſit magnum.

¶ De tormēto qđ eſt ipſius amare.

Tormentum qđ eſt de amare: iuuabit malificare. vt amare ſit malum intātū ꝙ malitia ſe extendet in amatiuū amabile ꝛ amare volūtatis. vt amatiuus amabilis ꝛ amare ſint mali. Malus erit amatiuus: inquantum malum amabit. et amabit hoc quod habere nō poteſt. ꝛ odiet hoc qđ euiternaliter habebit. Et ſuum amabile erit maluʒ. quoniā amabile qđ amabit de ſui natura erit odibile. Idcirco amare erit malū ꝑductum ex amante et amabili in euiternare et tormentare. quoniam magnum tormentum erit de amante amabili ꝛ amare euiternaliter exiſtentibus in malificare. ¶ Magnitudo iuuabit tormentare. quod erit de amare. quoniam amatiuum erit magnum in amare iniurioſa et magna/et in odiendo magna digna ad amādum. Idcirco magnum erit tormentum ipſius amare in euiternare: in quo odiet deum. qui eſt obiectum magis amabile/ et maius in amabilitate bonitatis: eternitatis: infinitatis: poteſtatis: ſapientie: voluntatis: glorie: et veritatis. ¶ Durare iuuabit tormentuʒ: qđ erit de amare. inquātum ipſum exiſtere facit in euiternare cōtra amatiuū ꝛ amabile. que ex illo amare tormentare habebūt in euiternare extenſum ex ambobus. Et iſte paſſus grauis eſt ad cogitandum. verūtamē ſpiritualē ſanitatem habere poſſunt peccatores: ſi bene ipſum paſſum conſiderare volūt. ¶ Poteſtas iuuabit tormētare: qđ erit de amare: inquātum exiſtere poterit in euiternare ↄtra amatiuū amabile ꝛ odibile. ꝛ amatiuū amabile ꝛ odibile exiſtere poſſunt cōtra amare/ꝛ amatiuū contra amabile/et amabile cōtra ip̄m. ꝛ idē eſt de odibili. Et hec cōtrarietas ſtare poterit p poteſtatē. vt amare poſſit eſſe in magno tormētare. ¶ Intellectus dānati iuuabit tormentare: qđ erit de amare. qm̄ intellectus intelliget: quod voluntas euiternaliter voluerit: qđ non habebit. ꝛ hoc qđ odiet habebit. qđ intelligere qđ intellectꝰ euiternaliter habebit: volūtas euiternaliter odiet ꝛ blaſphemabit. Erit ǧ amare tormētatum p hoc qđ intellectus intelliget. Qm̄ ſi intellectus euiternaliter tormentū voluntatis non intelligeret: voluntas in ſuo amare habere poſſet aliquā quietē / ꝛ aliquaʒ ſpē de hoc: quod deſideraret. Sed quietē nec ſpem habere poteſt: poſtq̄ intellectus vere intelligit ꝛ euiternaliter tormentum ipſius amare: de quo tormentatur voluntas ita fortiter: ꝙ non eſt aliquis in hac vita: qui cogitare poſſet narrare vel ſcribere. nec etiaʒ omnes homines qui viuunt: inuicē cogitare poſſent/poſito ꝙ ex omnibus multiplicaretur vna cogitatio: q̄ illđ tormentū cogitaret. Quoniam huiuſmodi cogitatio ſtare non poſſet in euiternare: in quo erit illud tormentum: quod erit

de amare hominis peccatoris dānati. Et
iſte paſſus ducit triſtitiā hominibus pec
catoribus: ſi bene cogitare vellent. ¶ Vir
tus iuuabit tormētare: quod erit de ama
re: inquātum erit ratio vitio: qđ eſt ſuum
contrarium. ſicut guſtare hominis infir
mi: quod eſt contra ſaporem pomi: quod
ipſe infirmus comedit in quo amaritudi
nem inuenit contra dulcem ſaporem: qui
eſt in pomo. Erit ergo virtus realis occa
ſio vitij moralis. que ſiquidem occaſio tor
mentabit amare euiternaliter exiſtēte vir
tute occaſio vitio ī amāte amabili ⁊ ama
re. per quā occaſionem iuſtitia dei tormē
tabit voluntatem peccatoris: q̄ contra vir
tutem ſuum habebit amare et ſuū amās
⁊ ſuū amabile. ¶ Realis veritas peccato
ris iuuabit tormentare: quod erit in ama
re. q̄m vere oſtendet intellectui delictum
voluntatis. vnde naſcet̄ cōſciētia: de qua
erit odire extenſum. q̄m voluntas odiet il
lam conſcientiam: quā monſtrabit veri
tas intellectui. quā deamabit: quia ei da
bit tormentum. Et appetitū habebit ad
ignorandū illam conſcientiā / ⁊ ad intel
ligendum cōtrarium illius: qđ veritas ei
monſtrabit: ꝙ eſſe nō poteſt. Idcirco tor
mentabitur in euiternitate. Et ſi ignora
re poſſet cōſciētiā: aliqđ refrigeriū / tunc
haberet in ſuo intelligere. in quo ſimili
ter illud haberet amare volūtatis: ꝙ erit
in tormēto. quia intellectus ignorare nō
poteſt manifeſtationem: quā dabit volun
tas de conſciētia. Erit ergo tormentatum
amare in verificare ⁊ in intelligere. que ſi
quidem verificare ⁊ intelligere deamabit
voluntas. vnde inclinabit veritatem rea
lem ad habēdum appetitum ad falſificā
dum contra ſuum verificare. ſicut intelle
ctus qui appetitū habebit ad ignorandū
cōtra ſuū intelligere. Et in h̄ paſſu cogno
ſcatur: quomō quedā forme tormentabūt
alias cū eorum actibus floribus appella
tis tormentorū euiternorū. que homines
peccatores valde timerent: ſi ipſa conſide
rarent ſm doctrinam: quam de ipſis de
dimus in hac arbore.

### ¶ De fructu arboris euiternalis.

FRuctꝰ arboris euiternalis ſunt cō
plementa finiū partiū realiū: ex q̄
bus ſunt ſubſtātie ſanctorū. Sicut eſt fru
ctus bonitatis ⁊ fructꝰ magnitudinis: du
rationis: poteſtatis: ſapiētie: voluntatis:
glorie: ⁊ veritatis. Et fructus dānatorum
ſunt priuationes fructuū ſaluatorū. ſicut
priuatio finis bonitatis / ⁊ finis magnitu
dinis / ⁊ finis durationis. ⁊ ſic de alijs pri
uatiōibꝰ. Et oēs iſti fructꝰ / ⁊ fructus ſalua
torū ſunt euiterni. ita in euiternitate con
ſtituti. ſicut fructus arborū: qui in eſtate
colligunt̄. Et iſti fructꝰ euiterni: ita ſunt
in hac vita ſeminati. ſicut fructus planta
rū qui in hyeme ſeminantur. vt in eſtate
ex eis alius fructus colligatur ⁊ multipli
cetur. que collectio ⁊ multiplicatio ſigni
ficant collectionē ⁊ multiplicationem fru
ctuum euiternorum.

### ¶ De fructu bonitatis.

FRuctꝰ bonitatis conſiſtit in cō
plemento bonificatiui bonifica
bilis ⁊ bonificare. qđ ſiquidē cō
plementum eſſe non poſſet / ſine euiterni
tate. quoniam ſi actus bonitatis in pri
uationem deueniret: non poſſet eſſe com
plementum bonificatiui bonificabilis et
bonificare. eſt ergo collectus fructus ī eui
ternitate: in quo non ſit ceſſatio: nec ocio
ſitas bonificatiui bonificabilis et bonifi
care. ¶ Fructꝰ magnitudinis eſt comple
mentum magnificatiui magnificabilis et
magnificare. videlicet vt magnificatiuū
ſemper ſit magnum in magnificando ma
gna. Et idē de magnificabili magnifica
to in magno magnificare. quod ſiquidē
magnificare ſit ita magnum: ꝙ in ſe non
contineat aliquā vmbrā paruitatis. ꝙ ſi
contineret: non poſſet eſſe complementū
magnificatiui magnificabilis ⁊ magnifi
care. Oportet ergo: ꝙ ſit complementum
eorum in euiternitate / ⁊ ꝙ in illa colliga
tur. intantum ꝙ nullo tempore in magni
ficare ſit vmbra minorificandi nec parui
tatis. ¶ Fructus durationis non poteſt
eſſe collectus in priuatione ſuiipſius: nec
ſui durificatiui durificabilis / nec ſui duri
ficare. oportet ergo ꝙ colligat̄ in fine om
nium trium ſuorū concretorum ⁊ ſimul:
hec collectio eē nō pōt de duratiōe partia
li ſubſtantie gl̄iate niſi in euiternitate: in
qua finis ſubſtātie glorificate colligatur

et ſuſtineatur. ſicut coloꝛ in ſubſtãtia/ ⁊ ca-
loꝛ in igne ⁊ lux in ſole. ¶ Fructus pote-
ſtatis eſt ꝙ euiternaliter habere poſſit in
ſeipſa realia concreta/ et ꝙ ipſa ſit ratio:
ꝙ bonitas poſſit eſſe/ et magnitudo ſimi-
liter. et ſic de aliſs partibꝰ ſubſtantie glo-
rificate. Etiam ꝙ per ipſam quelibet pꝛi-
marum partium in ſeipſa habere poſſit
eſſentialia cõcreta. ſicut bonitas: que per
rationem poteſtatis habere poteſt in ſe-
ipſa eſſentialia bonificatiuum bonifica-
bile et bonificare. Colligitur ergo fructꝰ
poteſtatis in euiternitate. extra quam col
ligi non poſſet. quoniam extra euiternita
tem nullus finis creatus poſſet habere cõ
plementũ. cum ita ſit: ꝙ omnis finis crea
tus: qui non colligitur in euiternitate: de
ueniat in defectu. ſicut finis equi: gruis:
piſcis: pomeriſ: ⁊ auri: que in euiternitate
tranſitum non habent. cum ita ſit: ꝙ om-
nes in coꝛruptionem deueniant/ ⁊ non in
reſuſcitationem. ¶ Finis ſapiẽtie in eui
ternitate colligitur: ĩ qua colligitur ⁊ eui-
ternaliter colligetur. ſicut fructus ſapien
tie: qui conſiſtit in intelligere intellecto ⁊
intelligibile: inquãtũ intelligitur ⁊ colli-
gitur. Et inquantum eſt intelligibilitas
dei in euiternitate: colligetur fructꝰ in eui
ternitate: in qua intellectiuus creatus eui
ternaliter deum intelliget facie ad facieꝫ.
vt iam dictũ eſt in arboꝛe angelicali. Et il
le qui fructũ colliget: erit intellectiuus. et
ipſum colliget in ſuo pꝛopꝛio intelligere.
Et ſic colligetur fructus in omnibus tri-
bus. et remanebit ad colligendum in ob-
iecto. et ſic erit complementum in intelle
ctu ſine aliquo defectu ſine ocioſitate ⁊ ceſ
ſatione. ¶ Fructus voluntatis colligetur
in euiternitate: in qua euiternaliter colli
getur. Idcirco ſuum colligere duas con-
ditiones requirit. vna eſt: ꝙ colligetur cõ
plete ſine aliquo defectu/ ⁊ ꝙ amatiuum
colligat in ſeipſo et in ſuo pꝛopꝛio ama-
bili ⁊ amare. Alia conditio eſt: ꝙ fructus
euiternaliter ſit ad colligendum. et ama-
tiuũ colligere nõ ceſſet. ꝙ ſi ceſſaret ĩ colli
gẽdo: ceſſaret amare/ et fructꝰ eẽt collectꝰ
et nõ colligẽdus/ et eẽt poſſeſſus ĩ ocioſita
te ſine amare. Et ſic nõ eẽt collectꝰ, ĩ maio
ritate finis amatiui amabilis et amare.

Opoꝛtet ꝗ ꝙ remaneat ad colligẽdũ. Et
iſte due conditiones quas diximus ſigni
ficant conditiões euiternitatis/ ⁊ gloꝛiaꝫ
ſanctoꝛum: quam habebunt in colligen-
do obiectum in amando ipm̃. quod ſiqui
dem obiectũ ẽ deus benedictus: ꝗ amabi
lis remanet amatiuo creato ĩ euiternita-
te ita cõplete: ſicut ĩ illa remanet amatꝰ.
Et nobilitas quã hꝫ iſte fructꝰ ita colle-
ctus et colligẽdus: nõ poſſet ab aliquo vi
uente cogitari. ¶ Fructus virtutis ĩ ſuo
merito colligetur/ ⁊ cum euiternitate col
ligetur. ſicut amatiuus qui euiternali-
ter erit virtuoſus in amando virtuoſum
amatum ⁊ amabileꝫ: ex quibus exibit vir
tuoſum amare in euiternare ſine ceſſare.
Huiuſmodi fructum ita colligendum et
collectum eſt bonum deſiderare/ ⁊ omnes
fructus coꝛpoꝛales huius vite parum ap-
pꝛeciare. qui colligi non poſſunt cum ni-
mio potare et comedere/ nec in viuendo
cum delectationibꝰ ⁊ honoꝛibꝰ. ¶ Veri-
tas ſuum fructuꝫ colliget in ſuo fine cum
euiternare/ veritate creata attingente ve
ritatẽ increatam in generando ⁊ ſpiran
do. vt dictum eſt in arboꝛe apoſtolicali/ et
dicẽdũ eſt in arboꝛe diuinali. Et ſic colli-
getur fructus verificare in verificare ⁊ ve
ritatis in veritate. Et ipſum colliget veri
ficatiuum ex verificante ⁊ verificabile ex
verificabili. Quare fructus colligetur
in ita magna veritate/ ⁊ de ita magna ve
ritate: ꝙ illi collectiõi neceſſaria erit eui-
ternitas. ſine qua non poſſet eſſe magna
collectio/ ⁊ maturatio fructus/ ⁊ ſepara-
tio falſitatis. ¶ Materialiter ĩ flamma
ignis vnum lumen colligitur ex alio lu-
mine. ſicut vnus cereus incenſus ex alio
cereo incenſo: ⁊ colligitur in luce/ caloꝛe/
et in conditionibus luminis. de quo colli
gitur ⁊ incenditur. Et hec materialis col
lectio eſt figura ⁊ ſignificatio collectioni
fructus gloꝛioſi: qui in euiternitate colli-
getur. ſicut lumẽ ex lumĩe/ etiã in nobilio
ri conditione/ ⁊ tanto nobilioꝛi: ꝙ̃to fru-
ctus ſpiritualis eſt nobilioꝛ lumine mate
riali. Erit ergo finis gloꝛioſi ſancti colle
ctus ex gloꝛia ĩ gloꝛia euiternaliter ⁊ glo
rioſe ⁊ ſine aliquo toꝛmẽto ⁊ cũ ꝯditiõibꝰ
que ſpectãt ad valde completam gloꝛiaꝫ.

¶ Secūdum modū quē dedimus de fructibus: quos colligent euiternaliter beati haberi poteſt cognitio de modo: ſm quē euiternaliter dānati colligent. Uerūntamen quia bonū eſt conſiderare ſepius penas infernales euiternales: breuiter ſignificare volumus collectiones euiternorum tormentorū. ¶ De fructu malitie.

Fructus malitie eſt priuatio bonitatis: ſicut in voluntate dānati: in qua bonitas realis ⁊ naturalis eſt vna de ſuis partibus. rōne cuius naturaliter amatiuū amabile ⁊ amare q̄ ſunt eſſentialia concreta volūtatis: requirunt eſſe bona. quoniā ad bonum finem creata fuerunt. Idcirco habent in natura ſm creationem: ꝙ ſint bona. Sed quia bonitas ſuū finem ꝑdidit: cōcreta volūtatis ⁊ bonitatꝭ artificialis remanēt vacua. ad quē quidē finē ſe habēt euiternaliter/ ⁊ nullo tempore ipm attingent. quoniam ad illū finē ſe habebunt cū malitia artificiali. ⁊ hoc ita ſimpliciter: ꝙ ī malitia artificiali nō eſt aliquid de bonitate arficiali. imo ſunt ita cōtrarie: ⁊ multomagis ꝙ̄ bonitas naturalis ⁊ malitia artificialis. ſicut calor ⁊ frigiditas/albedo ⁊ nigredo. Idcirco bonitas naturalis tota erit plēa malitia artificiali in pena euiterna. quā q̄dē penam euiternā colligent amatiuū ⁊ amabile. q̄ ſunt cōcreta voluntatis. Et qꝛ colligētur in euiternitate: tormēta cuiuſlibet remanebunt ad colligendū in euiternare cum amare ⁊ odire. ¶ Secūdum tormētum collectionis fructus ſpūalis ſignificatur collectio fructus corporalis in tormēto euiterno. ſicut corpus dānati ī igne tormentatū: ita ꝙ ignis ignē tormentabit/⁊ aqua aquam/⁊ aer aerē/⁊ terra terram. et ignis tormentabit aerē/aquam/et terrā. et ecōuerſo. ita ꝙ tormentū nullo tēpore finē habebit mediū nec principiū. qꝛ tormentū erit euiternaliter. Erit ergo ignis partialis: qui erit pars corporis tormentati per ignem exteriorem. ſicut ignis partialis ferri in fornace: qui per ignem fornacis multiplicatus ē in calore. Erit ergo ignis intra dānatum partialis ꝑ generalem ignem: qui erit extra tormentatus. ⁊ idem erit de aliis partibus partialibus. q̄ omnes erunt in cōtrarietate ⁊ vacue concordantia ⁊ fine illarū. Et hoc erit mirabile: ꝙ ignis erit cōtra ignem: ⁊ vniuerſale contra particulare ſuū. De hac pena ita magna plus narrare nolo. qm̄ modicum eſt illud: qđ dicere poſſem. ſm reſpectum magnitudinis pene: que eſt ī euiternare. que colligetur ī corpore materialiter/ ⁊ in anima ſpiritualiter/⁊ q̄ colligetur in anima per corpus: inquātū corpus qđ plenū finibus ad aīam venit rōne gloriationis: ad animā venit vacuū finibus cum tormētis. Et in hoc paſſu cognoſcitur ignis materialis: per quē anima habet tormentū: in corpore cum illa coniuncto.

## De arbore maternali. Summarium.

Arbor maternalis verſatur circa dominam noſtram virginē mariam. Et diuiditur vt alie arbores in ſeptem partes. ſ. in radices/truncū/brāchas/ramos/folia/flores/ ⁊ fruct⁹.

¶ Radices ſunt fines hoīm recreatorū.

¶ Truncus eſt habitus plurium tactuum.

¶ Branche ſunt due: ſcꝫ natura diuina/ et natura humana.

¶ Rami ſunt ſpes pietas aduocatio ⁊c̄.

¶ Folia ſunt nouē accidētia generalia.

¶ Flores ſunt actus dignitatum domine noſtre.

¶ Fructus eſt dominus ieſus chriſtus.




¶ De arbore materuali.

Hanc arborem attribuim⁹ dñe nře ſctẽ marie mater iuſtoꝝ ꝛ pctõꝝ. idcirco eã appellamus arborẽ maternalẽ. Et ipſam diuidimus in ſeptẽ partes ſicut alias arbores.

¶ De radicibus arboris maternalis.

Radices arbori maternalis ſunt plures. inter quas ſunt fines hominũ recreatorũ: q̃ pduti erãt ra

tione peccati originalis:qui erāt reſtau-
raturi ꝑ mortē ieſu xp̄i.ꝑ quā originale
peccatū fuit cōſumatū.vt ſupra in arbore
apoſtolicali dictum eſt.¶ Adam ꝛ eiꝰ ſe-
quaces creati ſunt ad gloriam.ꝛ propter
origīale pctīn ab illa gl'ia fuerūt deuiati:
ſed filio dei placuit hūanā carnē aſſume-
re.ꝛ fuit filius deus hō dñe nr̄e: vt adam
ꝛ ſuos cōſequētes reſtitueret ad finem:ad
quē eos creauit. Idcirco domina noſtra
mater eſt finis illorum. Mater eſt inquā
tum materia.quoniam filius dei ex ipſa
carnem humanam aſſumpſit. vt primo-
rum hominum fines in primo ſtatu reſti-
tueret. Idcirco domina noſtra eſt mater
finis adam noe abrahā yſaac iacob moy-
ſi beati petri ꝛ pauli etiam omnium mun
datorum ab originali peccato ꝑ dominū
noſtrum ieſum xp̄m filium ſuum. ¶ Finis
hominis eſt recolere/ itelligere/ ꝛ amare/
deum honorare/laudare/benedicere/ꝛ ei
ſeruire/ꝛ in illo habere gloriā eternā.
Eſt ergo finis hominis valde magnus in
bonitate magnitudine/ꝛ in aliis formis
primis. Et quia plures homines ſunt re-
creati:eſt domina noſtra mater plurium
finium:qui ſunt radices ſue maternitatꝭ.
Et in qualibet radice hominis eſt domi-
na noſtra mater plurium finium.ſicut eſt
in radice adam.in quo ſunt plures fines
partiales .ſicut finis ſue bōitatis ꝛ finis
ſue magnitudinis.ꝛ ſic de aliis finibꝰ cor
poralibꝰ ꝛ ſpūalibꝰ. Eſt ergo magna ma-
ternitas dñe nr̄e:poſtq̄ fines ſint tot ꝛ tā
ti in tot ꝛ tantis hoībus.q̄re talis mater
ita nobilis ꝛ ita magna digna eſt: ꝙ dili
gatꝰ/recolatꝰ/laudetꝰ/ intelligatꝰ/ honoretꝰ/
ꝛ ei ſeruiatꝰ. ¶ Scḋꝫ ꝙ dictū ē in pluribꝰ
locis : hō eſt finis omniū rerū corporaliū
quarū finis perditus fuit per pctīn origi-
nale.ꝛ eius perditio fuit in deuiatione fi
nis hominū. Et qꝛ finis hominū ad pri
mum ſtatum rediit per recreationē factā
ꝑ filiū dñe nr̄e redierūt fines corporū cele
ſtiū ꝛ oīm eorꝫ ꝛ elatorū ꝑ illā recreatio
nē ad finē:q̄re creati fuerūt. Eſt ḡ dña no
ſtra mater oīm finiū illorꝫ.q̄m ſi ipſa non
eſſet nullus finiū illorꝫ rediiſſet nec redi-
ret ad primum ſtatum.ꝛ ſol ꝛ luna ſtelle ꝛ
ignis ꝛ alia elēa/pomerium ꝛ alie plante/
ferrū ꝛ alia metalla/ equus ꝛ alia anima-
lia ſeruirent hoī fruſtra:inquātū hō foret
peccator ꝛ ſuo creatori inobediēs. Idcir-
co fines illorum ꝑditi fuerāt.qui ſunt: vt
ſeruiant hoī iuſto amico ꝛ ſeruitori dei.
Sed qꝛ dña noſtra eſt mater recreatiōis
materialiter:eſt mater oīm illorū finiū:
qui ſunt ad ſeruiēdū hoī. Eſt ergo dña no
ſtra mater magne maternitatis:ſm ꝙ fi-
nes ſunt plures ꝛ magne neceſſitatis/ vti
litatis/ꝛ virtutis.

¶ De trunco arboris maternalis.

Truncꝰ arboris maternalis ē
maternitas radicū.vt dictū
eſt. Et ē trūcus conſtitutꝰ ex
pluribus:inquātū eſt habitꝰ
generalis.rōe cuiꝰ oēs fines
corporales redire pñt ad priſtinū ſtatū.
Idcirco cū dña nr̄a ab aliquo fine pticu-
lari tāgitur trūcꝰ ꝗ vl'is ē:reſpōdet illi ta
ctui particulari: ſicut totū qḋ reſpondet
ſuis ptibꝰ. Eſt ergo trūcꝰ hītus pluriū ta
ctuū ꝛ rñſionū.ꝗ ſunt nāles ſꝫ nāꝫ tactuū.
ſicut martinꝰ ꝗ vt filiꝰ ſpei tāgit dñā no
ſtrā:rñdet ei dña nr̄a: vt mater ſpei. Et ſi
ipāꝫ tāgat cū pietate:rñdet ei dña nr̄a:vt
mater pietatꝭ: ꝛ ſic ḋ aliis formis. Quare
rōne nature tactuū ꝛ rñſionū pctōres in-
ueniūt in dña nr̄a in ſuis neceſſitatibꝰ iu
uamina ꝛ reſtauratiōes. ¶ Hmōi nāq̄
trūcꝰ ꝗ tm̄ gñalis eſt ad tātos ꝛ tot tactꝰ:
ꝛ ꝗ incōtinēti ad oēs cū cōplemēto reſpō
det:valde chare teneri dꝫ ꝛ deberet ipſū
diligēdo/recolēdo/intelligēdo/honoran-
do/ꝛ ei ſeruiēdo. Eſt etiā magis gñalis in
magnitudie bonitatis/ptātis/ ꝛ virtutꝭ/
q̄ ſplendor ſolis/vel calor ignis/qm̄ neq̄
ſol/neq̄ ignis/rñdet tactui/ſpei/ ꝛ pieta-
tis/charitatis/miſericordie/ꝛ venie.qui-
bus reſpōdet maternitas domīe noſtre.
Et ꝑpter hoc chriſtiani malefaciūt:ꝗ no
bilitatē talis trūci nō oſtēdūt infidelibꝰ
qui in dña nr̄a ſpem nō habēt nec cogni-
tionē de ſua bonitate.immo negāt ꝛ vili
pēdūt ꝛ diſcredūt virtutē excellentē ꝛ no
bilitatē:in quibus ipſam deus poſuit vt
mater oīm corporaliū creaturarū.inquā
tū ſuꝰ filiꝰ cū ipſa oēs corpales creaturas
(vt dictū ē)ſua benignitate recreauit.

¶ De branchiis arboris maternalis.

BRanche arboris mater-
nalis ſunt due. videlicet
natura diuina ieſu chri-
ſti/⁊ natura humana. Et
domina noſtra mater eſt
illarum brancharum in-
quãtum exercuit in filiatiõe que in ipa fa-
cta fuit ex ambab⁹ pdictis naturis.que ſi
quidẽ filiatio eſt filius de⁹ hõ.qui eſt fili⁹
deus per deitatẽ.⁊ filius homo p huma-
nitatẽ.⁊ quia ambe filiationes cõiuncte
ſunt in vno filio maternitas domine no-
ſtre attingit ambas branchas natas ex
ipſa:in hoc qꝫ vnus filius deus homo ex
ipa natus eſt. ¶ Exijt de domina noſtra
brãcha humana cum brãcha diuina.que
ipſam generauit ex carne ⁊ ſanguine do-
mine noſtre.⁊ ipſam generauit cum cõce
ptione domine noſtre:que generatiõi cõ-
ſenſit. Idcirco dña noſtra mater eſt i in-
carnatiõe materialiter quãtũ ad corpus
dñi noſtri ieſu xpi:que materia fuit corpo
ralis.⁊ formaliter fuit mater:inquãtum
dilexit ⁊ credidit cõceptionem.⁊ ita fuit
mater corpaliter ⁊ ſpũalr ⁊ materialiter
⁊ formalr. Fuit etiã mater p formã ſupe-
riorẽ diuinam:que mouit ſuã conceptio-
nẽ ſpũalem ⁊ materiã corporalẽ ad filia
tionẽ. Exiuerunt ergo brãche ex dña nr̃a
in magna filiatiõe magne maternitatis.
⁊ ita magne i magnitudine bõitatis/ du-
rationis/ ptãtis/ ſapie/ volũtatis/ vtutis/
⁊ veritatis:q̃ nõ poteſt nec potuit eſſe ma
ior p deitatẽ in hũanitate/nec p hũanita
tẽ in deitate/nec p creatorẽ in creatura.
idcirco magnitudo brãchaꝝ correſpõdet
magnitudini maternitatis/⁊ magnitu-
do maternitatis eis correſpõdet intantũ
qꝫ rñſio maior eſſe nõ põt. ¶ Magne ar-
bores magnas hñt brãchas.⁊ ſñm qꝫ brã-
che ſunt magne:vmbre quas faciũt: ſunt
magne.in quib⁹ ſe obũbrant hoies qñ fit
magn⁹ calor. Obumbrant ſe ergo hoies
quotqt nati ſunt ⁊ naſcent.q ſunt i ſtatu
ſaluatiõis.ſub brãchis maternitatis in-
quãtũ defendunt a pena:q̃ cecidit i hũa
na ſpẽ rõne originalis pcti. Sit ergo triu
nus laudat⁹ ⁊ bñdict⁹:a q ita magne brã
che exeũt.ſub q̃rũ vmbra tot ⁊ tãti hoies
deſcũt. ¶ De ramis arboris maternalis.

MIſericordia/ſpes/pietas/ad
uocatio/humilitas/ ⁊ virgi-
nitas/ſunt rami arbori ma-
ternalis. ¶ Mia ramus eſt
arboris maternalis:inquã-
tũ pctõres miam inueniũt per dñam no-
ſtrã in ſuo filio qui pctã remittit. qr dña
noſtra mater eſt mie: inquãtũ ſuus filius
deus homo eſt mia. Unde inquantũ eſt
magna mia filij ⁊ maternitas mie:ſatisfa
cit mia magne venie gr̃e ⁊ boni illis: qui
miam querunt. ¶ Dña nr̃a eſt refugium
pctõꝝ/ ⁊ illoꝝ: qui indigẽt habere virtu-
tes ⁊ bona tẽporalia/ ⁊ q ſunt in tribula-
tionibus ⁊ periculis. ⁊ eſt refugiũ illoꝝ:
inquãtũ hñt in ipa ſpẽ:qꝫ ipos in neceſſi
tatibus ſuis iuuet. ſicut homo pctõr q eſt
in pctõ luxurie aut auaritie:aut i alio pec-
cato:qui habet ſpem in dña nr̃a:qꝫ eũ iu-
uet ad habendũ caſtitatẽ charitatẽ aut
aliã virtutẽ: quã deſiderat. Idcirco ſpes
quã dña noſtra habet in ſuo filio: vt det
pctõribus hoc:qd ab ipo petunt: ſpei pec
catorum rñdet.⁊ ita ſibijnuicẽ ambe ſpes
reſpõdent cũ cõcordãtia magnitudinis:
bonitatis:virtutis:⁊ charitatis. ratione
cuius reſponſionis nullus fatigare ſe de-
bet de dña noſtra. ex quo in ipſa eſt ſpes.
quoniam ſi ſe fatigaret: fatigaret ſe do-
mina noſtra in ſuo filio cũ magnitudine
ſpei. qd eſt impoſſibile. ⁊ idẽ de alijs:qui
pauperes ſunt in bonis tpalibus q ſpem
hñt in dña nr̃a:vt eos iuuet adviuẽdũ.vt
ſuo filio ⁊ ſibi ſeruire poſſint. Etiã bona
femina q filiũ ſuũ habet infirmũ ſpẽ ha-
bet in dña nr̃a: qꝫ ipm curet. Itẽ marina
rius q eſt in mari in periculo mortis ha-
bet ſpem in dña nr̃a:vt ad bonũ portũ ve
nire poſſit. ¶ Pietas quam dña nr̃a ha
bet de pctõribus: eſt vn⁹ ramus arboris:
⁊ eſt magn⁹ ramus.magnus eſt:inquãtũ
habet magnã pietatẽ. Cum ita ſit: qꝫ oia
opera dñe nr̃e ſint magna in magnit bo-
nitatis:ſapie:volũtatis: vtutis:⁊ verita-
tis. Eſt etiã magn⁹ ramus ꝓpter magnã
neceſſitatẽ hoim: de qb⁹ dña nr̃a pietatẽ
habet.⁊ q querunt a dña nr̃a auxiliũ per
pietatẽ:⁊ q ꝓpter amorẽ ipius pietatem
hñt. ⁊ ſic ambe pietates ſibijnuicẽ corre-
ſpõdẽt. videlicet pietas dñe nr̃e ⁊ pietas

hoĩm. ratione cuius rñſionis peccatores
attingũt ꝑ dñam noſtram hoc: qđ deſide-
rãt. Itẽ angeli cõputãt lachrymas quas
faciũt hoĩes tũc: cũ rogãt dñam nr̃am: ꝙ
de ipis hẽat pietatẽ. ¶ Aduocatio eſt ra
mus hui⁹ arboris: vꝫ aduocatio quã dñ̃a
nr̃a facit ꝓ pctõrib⁹: cũ ipos punire vult
iuſtitia filij ſui. ⁊ dñ̃a nr̃a aduocat cũ mĩa
ſpe ⁊ pietate ⁊ cũ amore: quẽ habet ĩ filio
ſuo/ ⁊ quẽ hꝫ ad peccatores/ ⁊ cũ amore:
quẽ illi habent ad illã ⁊ ad ſuũ filiũ/ etiã
cum cõtritione: quã habent de coꝝ pecca-
tis/ ⁊ cũ cõfeſſione: quã faciunt/ etiã cum
ſatiſfactione: quã ꝓmittunt/ ⁊ cum pluri
bus alijs formis format dñ̃a nr̃a ſuã ad-
uocationẽ ⁊ libellũ: quẽ dat filio ſuo ꝑ pec
catoribus. Et iuſtitia filij ſe defendit accu
ſando peccatores de magnis peccatis: q̃
fecerũt cõtra deitatem: que ipos creauit/
que fecerũt etiam cõtra humanitatẽ: que
ipſos recreauit. Etiã ſm̃ naturã iuſtitie ⁊
iudicij. quoniã ſic eſt naturale iuſtitie iu-
dicare: ſicut naturale eſt intellectui intel-
ligere/ ⁊ igni calefacere/ ⁊ ſoli lucere. Sed
quoniã fili⁹ homo ⁊ domina noſtra ſunt
ad vnã partẽ aduocatiõis: iuſtitia filij dei
ad preces filij hoĩs et ſue matris ſe defen
dere nõ põt. Eſt ergo bona aduocata ta-
lis: que dicit aduocando. ꝙ ita natura-
le eſt miſericordie miſereri: ſicut eſt iuſti-
tie iudicare ⁊ punire/ etiam plus inquan-
tum per miſericordiã ſequitur magnitu-
do bonitatis in gloriãdo penitẽtes ſalua
tos/ ⁊ ꝑ iuſtitiã in puniẽdo ſequit̃ magni
tudo pene in dãnatis. Etiaꝫ domina no-
ſtra dicit ⁊ allegat: qđ cõtradicere nõ po-
teſt iuſtitia cõtra ſuã ſimilitudinem. que
eſt penitẽtia iuſta: quã peccatores habẽt
cũ contritiõe cõfeſſione ſatiſfactione ⁊ cũ
ſpe aduocatiõis ſue. ¶ Humilitas ⁊ vir-
ginitas ſunt rami arboris maternalis. vꝫ
humilitas dñe nr̃e eſt ram⁹: inquantũ eſt
exẽplũ ad plr̃es hũilitates. Et eſt ram⁹ ſua
virginitas: inquãtũ exẽplũ eſt ad plr̃es vir
ginitates. qm̃ plures hoĩes ⁊ plr̃es femine
q: dñ̃a nr̃a hũilis fuit ⁊ virgo: habere vo-
lunt hũilitatẽ ⁊ virginitatẽ. ſicut ſunt ho
mines ⁊ femine: qui diligũt religionem:
vt habere poſſint habitum humilitatis
in verbis ⁊ in ſuis veſtimẽtis lectis edifi-
cijs ⁊ cibarijs. Et idem eſt de virginitate:
cuius habitũ in religione conſeruant.

¶ De folijs arboris maternalis.

Folia arbori maternalis no-
uẽ accidẽtia gñalia appella-
mus. Et primo de quãtitate
dicemus. que quidem quãti-
tas rñdet magnitudini boni
tatis arboris maternalis. qm̃ magnitu-
do bonitatis arboris maternalis exten-
ſa eſt cum quãtitate in tantũ: ſicut eſt bo-
nitas arboris: que quanta eſt per quanti
tatem. Unde cum magnitudo ſe tantũ ex
tendat in bonitate: ꝙ maternitas arbo-
ris melior eſt q̃ aliqua alia maternitas/
vel q̃ omnes alie maternitates. Eſt ergo
magna quãtitas in bonitate ſupra oẽs
quantitates aliarũ maternitatũ. quoniã
nulla alia maternitas filiationẽ habet:
de qua ſit deus filius ⁊ homo. ſed ſolũmo
do maternitas dñe noſtre. Etiã eſt quãti
tas maternitatis maior ĩ bonitate q̃ oẽs
quantitates aliarũ maternitatũ. cum ita
ſit: ꝙ omnes hoĩes recreati ⁊ ſaluati ſint
filij dñe noſtre per recreationem. ratione
cuius filiationis ⁊ maternitatis eiter-
naliter glorientur. Que quidẽ gloria eſt
in ita magna q̃titate durationis: ꝙ non
habet finẽ. Idcirco magnitudo bonita-
tis poteſtatis ⁊c̃. quam habet quantitas
continua et diſcreta: que eſt huius arbo-
ris maternalis ab aliquo viuẽte dici nõ
poſſet nec ſcribi.

¶ De q̃litatibus arboris maternalis.

Bonitas acq̃ſita ⁊ data eſt qua-
litas maternitatis. ⁊ hoc eſt de
magnitudine bonitat̃/ ⁊ de bo
nitate magnitudinis. ⁊ ſic de alijs quali-
tatibus arboris. Sicut virtus materni-
tatis que eſt ita magna ſicut bonitas ar-
boris/ ⁊ que extẽſa eſt ꝑ oẽs qualitates ar
boris. Et quãlibet iſtaꝝ qualitatum arbo
ris appropriauit deus maternitati cũ tã
ta magnitudine virtutis ⁊ bonitatis: ꝙ
ipas facit matres per recreationẽ omni-
bus bonitatibus et virtuoſis qualitati-
bus hominum recreatorum ⁊ ſaluatorũ.
ſicut bonitas ſancti petri et ſua virtus.
que ſunt qualitates acquiſite et ꝑ gratiã
dei date. que ſunt folia per recreationem

qualitatum acquiſitaꝝ ⁊ dataꝝ ex arbo-
re maternali. Et ideo coꝛreſpondent qua
litates arboꝛis maternalis q̃litatib⁹ ho-
minū ſaluatoꝝ. ſicut q̃litates gn̄ales: q̄ re
ſpōdēt q̃litatib⁹ ſpālib⁹. ſicut bōitas dn̄e
nr̄e que generalis eſt ad bonitates hoīm
ſaluatoꝛum. Et in hoc paſſu cognoſcitur:
ꝙ dn̄a nr̄a digna eſt omni laude/ ⁊ ꝙ mul
tum laudetur ⁊ ei ſeruiatur per ſuum po-
pulū: cuꝫ ita ſit: ꝙ ipſa ſit ita bona ita ma
gna ⁊ ita cōpleta omnibus complemētis
ꝙ ad eam ſpectat complere omnia com-
plementa: que requirunt qualitates hoīꝫ
ſaluatoꝛum recreatoꝛum.

¶ De relationibus arboꝛis maternalis.

Mater ⁊ filius relatiue ſe hn̄t in
creaturis. qm̄ ſi mater eſt: opꝫ ꝙ
ſit fili⁹. ⁊ ſi ſit fili⁹ creat⁹: opꝫ ꝙ
ſit mater. ſed extra creaturas pōt eſſe fili⁹
cuius mater nō ſit. ſicut fili⁹ dei qui matrē
nō hꝫ: inquātū ē de⁹. ⁊ ponit ſe in relatio
ne cū mr̄e: inquātū eſt filius hō. q̄ ſiquidē
filiatio ⁊ maternitas ſibiinuicem reſpon
dent ita bene magnifice ⁊ virtuoſe: ſicut
ſibiinuicem reſpondent relatiue. Eſt ergo
reſponſio relationis in ita alto gradu: ꝙ
nullus alius gradus relationis poteſt eē
ita magnus in bōitate/ poteſtate/ gloꝛia/
virtute/ amoꝛe/ ⁊ veritate exiſtente gradu
relationis create ⁊ increate. ¶ Eſt alius
gradus relationis: que eſt inter creaturā
⁊ creaturā in maioꝛi magnitudīe bonita
tis q̄ aliqs ali⁹ gradus creatus. ſicut rela
tio q̄ eſt inter dn̄am noſtrā ⁊ filium ſuuꝫ
hoīem q̄ eſt maioꝛ in bonitate q̄ oēs crea
ture. qm̄ oēs creature ſunt ꝓpter ipſuꝫ: q̄
eſt finis ⁊ cōplementū oīm. Eſt ergo rela-
tio ipſius ⁊ dn̄e nr̄e ſupꝛa oēs relationes
creatas. ſicut filius melioꝛ ē q̄ ali⁹ filius
creat⁹/ etiā q̄ omnes filij creati. Unde ſe
quitur: ꝙ mater ſit maioꝛ poſtq̄ maioꝛeꝫ
habet filium q̄ oēs alie matres. Et ſicut
ſuus filius ē finis ⁊ cōplementū oīm filio
rū creatoꝝ: ita mater ſua eſt finis et com-
plementū omnium matrum creatarum.

¶ De actiōe ⁊ paſſiōe arboꝛis maternal.

Domina noſtra habet actioneꝫ
ſupꝛa demones. qm̄ null⁹ eoꝛuꝫ
nocere pōt filijs ſuis. qui ſunt
filij ipſius ꝑ ſpē: quam hn̄t in ipſa. ⁊ ſunt
ipſius filij per charitatem: inquātuꝫ ipſaꝫ
diligūt. etiā ſunt filij ſui ꝑ cuſtodiam: qm̄
ipſos cuſtodit ⁊ defendit. ſicut bonus pa-
ſtoꝛ ⁊ foꝛtis: q̄ cuſtodit ſuas oues ⁊ defen-
dit. Uñ cū ptās demonū ſit magna: quaꝫ
habent in faciēdo malū: eſt ergo magna
actio: quā dn̄a noſtra habet in demonib⁹
ſupꝛa paſſionē: quā hn̄t inquātum facere
non pn̄t aliquā rem ꝯ poteſtatem domīe
noſtre: nec etiā cōtra ei⁹ volūtatē. ¶ Eſt
etiā vna alia actio: quā dn̄a noſtra hꝫ. q̄
eſt magis ſupꝛa. ⁊ in maioꝛi magnitudīe
bonitatis. qm̄ hꝫ actionē in voluntate fi-
lij ſui: qui eſt de⁹ hō. q̄ foꝛtioꝛ eſt q̄ oēs an
geli ⁊ q̄ oēs hoīes. vnde ſicut in bonitate
paſſio eſt magna: opꝫ ꝙ magna ſit in bō
tate actio: quā hꝫ domina noſtra in volū
tate filij ſui. q̄ vult omne illud: qđ dn̄a no
ſtra vult. qm̄ ſi dn̄a nr̄a ſaluationē vult ali
cuius hoīs aut ſanitatē aut virtutē: ſuus
filius vult: qđ ipſa vult. ⁊ ſic factū eſt: ſicut
dn̄a noſtra vult ſiue petit. qm̄ ſuus filius
in oīb⁹ ei obedit/ ⁊ eius volūtatē facit: vt
ei coꝛreſpondeat in amoꝛe naturali: q̄ eſt
inter filium ⁊ matrē/ ⁊ maxime inter ma
ioꝛem filium ⁊ maioꝛem matrem.

¶ De habitu arboꝛis maternalis.

Domina nr̄a habet memoꝛiam
intellectū ⁊ voluntatem. ꝑ me-
moꝛiā in habitu hꝫ recolere/ ⁊
ꝑ intellectum intelligere/ ⁊ per volūtatem
amare. In habitu hꝫ recolere: vt peccato
res recolat: q̄ ipſam recolūt in ſuis neceſ-
ſitatibus/ tribulationibus/ ⁊ timoꝛibus/
⁊ qui ipſam clamant: ꝙ ipſos iuuet. qm̄ ſi
ipſa ipſos nō iuuat: moꝛtui ſunt ⁊ perditi
⁊ in pluribus verecundijs poſiti. Quare
ſicut ſol habet in habitu: ꝙ illuminet ter
ram: quam circuit ſm̄ diſpoſitionem ſui
motus: ita ⁊ multomelius cum ita ſit: ꝙ
domina noſtra maioꝛ ſit in bonitate q̄
ſol ⁊ plus habeat de virtute: habet in ha-
bitu ad recolendum: cum tacta ſit cum re
colere hominis peccatoꝛis: qui ipſam in
ſuis neceſſitatibus recolit: ⁊ qui ab ea iu
uamen querit. ſicut ignis qui habet ī ha-
bitu calefacere hominem: qui ſibi appꝛo-
pinquat. quia frigidus eſt. Et ſi ignis qui
non habet ita magnum habitum in cale-
faciendo ſicut domina noſtra habet in re

colendo: cum ita ſit: ꝙ memoria eſt nobilior habitꝰ ⁊ altior ꝙ̄ calor: ita fortiter calefacit eſtatum: quod ei appropinquatur: quãtomagis ergo domina noſtra in habitu habet ad recolendum peccatorem ꝗ ſibi cum penitẽtia ſpe ⁊ recolere appropinquatur. Et quod dictum eſt de habitu memorie: eſt dicendum ſuomodo de intellectu ⁊ voluntate.

¶ De aſſituatione arboris maternalis.

Domina noſtra eſt in celo empireo corã filio ſuo domino ieſu xp̃o. ⁊ propinquior eſt ſuo filio ꝙ̄ aliqua alia creatura. ⁊ ſub ipſa ſunt angeli ⁊ homines ſtantes per ordinez: quilibet iuxta alium. qui cantãdo ipſaz laudant ⁊ benedicunt/ ⁊ ei reuerentiam faciunt ⁊ honorem. cuius corpus glorioſuz in maiori ſplendore aſſituatum eſt ꝙ̄ ſol. cuius etiam caput virginitate ⁊ maiori ſanctitate coronatuz eſt ꝙ̄ aliquod aliud caput capite filij ſui excepto. Eſt ergo aſſituatio glorioſi corporis domĩe noſtre valde pulchra ⁊ formoſa advidendum ⁊ multũ amabile: qḋ videatur. ¶ Eſt etiã alia aſſituatio domine noſtre: que eſt ſpiritualis. ſicut ſua mẽoria in bono recolere aſſituata/ ⁊ eius intellectus in bono intelligere/ ⁊ ſua volũtas in bono amare. Et ſm ꝙ obiecta que domina noſtra accipit recolendo/ intelligendo/ ⁊ amando/ ſunt in magnitudine bonitatis aſſituata: recolere/ intelligere/ ⁊ amare ipſius ſunt in magnitudine bonitatis aſſituata. Ẽ ergo magna aſſituatio quam domina noſtra habet in recolendo filium ſuum deum ⁊ hominem/ ⁊ peccatores qui ipſaz reclamãt/ ⁊ illos qui ponunt ſuam bonitatem nobilitatem ⁊ charitatem in eorum recolere/ intelligere/ ⁊ amare.

¶ De tempore arboris maternalis.

A Principio mũdi vſqꝫ quo filiꝰ dei fuit incarnatꝰ ⁊ crucifixus: nullus homo fuit: qui paradiſum intraret. Expectabant ergo prophete ⁊ ſancti: qui erant in inferno: tempꝰ: in quo domina noſtra naſcitura erat: ⁊ etiã tempus in quo filius ſuus foret incarnatus. vt fructus beatoꝝ in illo tempore colligerentur: ſicut colliguntur fructus plãtarum in eſtate. Quare illud tempus fuit valde nobile ⁊ ita centrum ⁊ finis omniũ aliorum. ſicut punctus in medio loco circuli: ad quem ſe habet vnio ⁊ aggregatio plurium linearum. ¶ Preterea ad illud tempus ſe habuerunt omnia alia tempora corporum celeſtium ⁊ terreſtrium ⁊ eorũ motus. vt eſſent recreata. quia oĩa hominibus deo inobedientibus ſeruierũt: in quorum ſeruitio finem ſeruitij non attinxerũt. nec finez: propter quẽ creata fuerunt. quẽ finẽ perdiderunt ꝑpter originale peccatum. Fuit ergo tempus in quo domina noſtra naſcebatur in valde magna exaltatione ⁊ in magnitudine bonitatis ⁊ in magna deſiderabilitate ſanctorum ⁊ vtilitate illorum ⁊ in magna amabilitate corporum celeſtium ⁊ terreſtrium.

¶ De loco arboris maternalis.

Domina noſtra eſt in paradiſo et mater in filio deo hoĩe. in qua deꝰ hõ ẽ filius. ita ꝙ mater eſt mater ꝑ filiũ. ⁊ filius eſt filius per matrẽ. Et idẽ ſuomõ de peccatoribus ꝗ in domina noſtra habẽt ſpez: qui ſunt filij ſpei: in quantum ſunt filij domine noſtre in ſpe: ĩ qua ſunt. Et hoc eſt magnuz mirabile: ꝙ ſint filij ſpei/ ⁊ ꝙ ſint in ſpe/ ⁊ ꝙ per ſpem ſint filij dñe noſtre. in qua ſint cum ſpe. verũtamẽ ſm magnã localitatẽ maternitatis magnuz mirabile non eſt. qm̃ ſicut firmamẽtũ in ſe plura ꝯtinet rõe ſue magne quãtitatis ⁊ localitatis: ita dña nr̃a in ſe cõtinet plures ſpes peccatorũ: cũ quibus peccatores ſunt in illa collocati ⁊ obumbrati. ita ſicut pulli ſub alis gallĩe matris illorum in ſuo calore calefactorum ſignificantium calefactionem hominũ peccatorũ. quã hñt in amãdo dñaz nr̃az. Qui ſiđẽ pctõres calefacti ſunt ꝑ amorẽ dñe nr̃e: ꝗ ipſos ſpe induit ⁊ inuitat ad locuz btĩi: ĩ ꝗ ſtat. in quo eternalr̃ collocent.

¶ De floribus arboris maternalis.

Flores arboris maternal' ſũt actus dignitatũ domine noſtre. cũ quibus fructus colligitur: ſicut bonificare qḋ eſt actus bõitatis domine nr̃e: ⁊ magnificare: qḋ eſt actꝰ ſue magnitudinis: ⁊ ꝑſeuerare: bõificare: ⁊ magnifica

re: qđ eſt actus ſue durationis: inquantū durare facit ſuū bonū ⁊ magnū recolere intelligere ⁊ amare bonificare ⁊ magnificare. Et idē eſt de actu poteſtatis: quod eſt poſſificare: cū quo poſſificatur bonum ⁊ magnum recolere intelligere ⁊ amare. Et idē eſt de actu virtutis. rōne cuius recolere intelligere ⁊ amare dñe noſtre ſunt virtuoſa. Et idem eſt de actu veritatis: qui eſt verificare. per quod ſunt ī veritate aliȷ̄ flores. Et idē eſt de actu glorie: ꝑ quē ſunt aliȷ̄ actus in gloriari. ¶ Sicut plures voces ſm̄ artem muſice aut ſoni corpoꝝ celeſtium multiplicāt vnū tertium ſonum cōmunem ⁊ placentē ad audiēdū: ita actus bonitatis magnitudinis duratiōis poteſtatis virtutis veritatis ⁊ glorie tres flores multiplicant: q̄ ſunt gn̄ales. qui ſunt recolere itelligere ⁊ diligere dñe noſtre. vt cum illis fruct⁹ magnos ⁊ valde excellentes in bonitate duratione poteſtate gloria virtute ⁊ veritate colligere poſſit. ſine qua excellentia ⁊ magnitudine floꝝ nō poſſent fructus excellētes colligi. ¶ Recolere intelligere ⁊ diligere domine noſtre ſunt flores ſublimes ⁊ alti ita ⁊ multomelius ꝙ flos liliȷ̄ ſtat alte in albedine ⁊ odore/ ⁊ ſicut roſa in rubedine et odore/ et flos ſarmenti: qui aſcendit ſupra florem cuiuſlibet alterius arboris: cum quo participat/ ⁊ flos aloe: qui ſuperior eſt in vtilitate ꝙ flos pruni. Et ita ſunt alti flores domine noſtre: ꝗ omnes flores hominum peccatoꝝ qui in ipſa ſpem habent: obumbrati ſunt ſub vmbris florum ſuperiorum. qui de ipſis saporem vtilitatem colorem ⁊ odorem accipiunt. Ad quam vmbram venire valeamus propter eius amorem.

¶ De fructu arboris maternalis.

Ieſus xp̄s fructus eſt domine noſtre virginis ⁊ matris glorioſe. Et ſicut pomū fructus eſt qui colligitur in tp̄e caloris: ita domina noſtra ſuum fructum colligit cum amore. ⁊ illum colligit tempore miſericordie. videlicet cum ſu⁹ fili⁹ dñs ieſus xp̄s remittit pctā pctōris ꝓpter amorē ipi⁹. Et ſicut pomū colligitur ad dandum saporem ⁊ odorem/ ⁊ roſa ad dandum placentem colorem: ita dña noſtra ſuū fructum colligit cum placito recolēdi intelligēdi ⁊ amādi: qđ habet in ſuo filio ⁊ in ſuis operibus. ¶ Colligitur fructus dñe noſtre ad dandum vitam hoībus: qui mortui erant ꝓpter peccatum originale. ⁊ in illo qui eſt fructus vnitus ex natura diuina ⁊ humana: colligit dña noſtra fructus peccatoꝝ qui in illa ſpem habent. qui ſiquidem fructus ſunt fines. de quibus dictum eſt in radicibus huius arboris. ⁊ peccatores colligūt ſpes: cōtritiones: lachrymas: ſuſpiria: fletus: ⁊ amores: vt fructus dñe noſtre colligere poſſint ⁊ ad ſuam gloriam venire. ¶ Dña noſtra ſuū fructum collegit in natiuitate cum virginitate. quoniam virgo ipſum concepit. ⁊ collegit ipſum cū paupertate: quoniā cum humilitate ipm̄ cōcepit. ⁊ ipm̄ collegit ſine aliqua paſſione: qꝛ ipm̄ concepit ſine aliqua corruptione. ⁊ collegit in ſuo filio hoīe filiū deum: qui ſuus pater eſt et filius. pater ſuus eſt per creationem. ⁊ ſuus filius per incarnationem. huiuſmodi filium ita collectū domina noſtra collegit cum gratia ſancti ſpiritus: ⁊ cū bonificare: magnificare: poſſificare: gloriari: ⁊ verificare ſui recolere: intelligere ⁊ amare.

# De arbore ieſu chriſti.

Summarium.

Arbor chriſtianalis verſat̄ circa dominum ieſum chriſtū. Et diuidit̄ vt alie arbores in ſeptē partes. videlicet in radices/ truncū/ branchas/ ramos folia flores/ ⁊ fructus.

¶ Radices ſunt principia generalia diuina ⁊ humana.

¶ Truncus eſt ieſus chriſtus.

¶ Branche ſunt due: ſcilicet natura diuina ⁊ humana.

¶ Rami ſunt reſpectus quos habēt ambe nature.

¶ Folia ſunt accidentia ieſu chriſti.

¶ Flores ſunt actus radicum.

¶ Fructus eſt recreatio ⁊c̄.

# Arbor chriſtianalis.




¶ De arbore chriſtianali.

Hec arbor diuiditur in ſeptẽ ptes: que ſunt radices/truncus/brãche/rami/folia/ flores/ ⁊ fructus. ⁊ eſt arbor duplex. vna ps eſt de creatura. alia xᵒ de creatore. Et eſt arbor in qua creator participat cũ oĩbus creaturis inquantum ambe nature vnite ſunt in vnitate vnius perſone.

¶ De radicibus arboris ieſu xpi.

DUe nature ſunt ex radicibꝰ in hac arboꝛe.q̄dā radices ſunt ex p̄te nature hūane.cetere xo ex parte diuine nature. Radices q̄ ſunt ex p̄te hūane nature: ſunt ſicut hūana bonitas realis:elālis:vegetalis:ſenſualis: imagialis:ꝛ rōnalis.vt dictū eſt in arboꝛibꝰ nālibus ꝛ p̄mis. Et hec bonitas hūana dn̄i ieſu xp̄i ē vnita cū ſua bōitate diuina: itātū ꝙ dn̄s ihs xp̄s bonꝰ eſt ꝑ ambas bonitates.Eſt hō bonꝰ ꝑ bonitatē hūanā / ꝛ eſt deus bonꝰ per bonitatē diuinā. Et eſt hō bonus deꝰ per diuinā bonitatē: ꝛ bonus deꝰ eſt bonꝰ hō ꝑ hūanā bonitatē: intātū ꝙ due ſunt bonitates.vꝫ bonitas hūana/ ꝛ bonitas diuina:ꝛ ambe nature.vꝫ natura diuīa ꝛ nā hūana ſunt bone ꝑ quālibet bonitatē.Et qꝛ vna bonitas trāſit ī aliā: eſt facta participatio ambaꝝ bonitatum: ita ꝛ multomeliꝰ ꝙ vinū limphatū: qđ in cipho participat cū aqua exñte vino ī aq̄/ et aqua in vino.¶ Hūana bonitas venit ad diuinā cū quinqꝫ naturis/ q̄nqꝫ p̄maꝝ arboꝝ.ꝛ diuina bonitas venit ad hūanā bonitatē in ꝓpria ꝑſona filiali diuina bonitate cōi exñte: ita p̄ri ꝛ filio ꝛ ſp̄ui ſc̄tō/ ꝛ multomeliꝰ ſicut cōis bonitas humana dn̄i ieſu xp̄i:que cōis ē quinqꝫ naturis arboꝝ. et ſicut cōis bonitas quinqꝫ arboꝝ venit ſpālis in hoīe ſpāli: qui eſt dn̄s ihs xp̄s.ita diuina bonitas ꝑſonalis q̄ eſt deꝰ filius: ꝓpꝛie venit ad humanā bonitatē dn̄i ieſu xp̄i qui ſpālis eſt. ꝛ ſic participāt ambe bonitates in vno indiuiduo.qui eſt ieſus xp̄s. Et quia hūana nā ſpālis ī dn̄o ieſu xp̄o ꝑticipat cū cōi.ꝛ filialis bonitas diuina cōis eſt in nā cū bonitate ꝑſnali ꝛ ſpiritali:ꝑticipat diuīa nā cū hūana ieſu xp̄i/ꝛ per illā cū omni reali nā creata. Et ſicut exemplū dedimꝰ de humana bonitate ꝛ diuina: dari pōt exemplum de humana magniᵗ ꝛ diuina.ꝛ ſic de ceteris radicibꝰ arboꝛis.Et in h̄ paſſu cognoſcat modus īcarnatiōis filij dei ꝛ ꝑticipatio: quā deus hꝫ cū oībꝰ creaturis ꝑ incarnationē. quā pꝛobauimꝰ in arboꝛe ap̄licali / ꝛ quā iterū ꝓbare intēdimꝰ in hac arboꝛe.ī qua modū incarnatōis tractamꝰ. vt de illo cognitio habeat. ¶ Humana bonitas dn̄i ieſu xp̄i venit ad diuinā bonitatē: īquātū diuina ipāꝫ ſibi attrahit ꝛ ſue nature:ita ꝛ multomelius ꝙ olea in oleaſtro inſerta. q̄ ad ſuā nāꝫ trahit nām oleaſtri:q̄ venit. Et diuina bonitas venit ad hūanā cū ſua ꝓpꝛia nā.que eſt ſupꝛa curſuꝫ nālē hūane bonitatis : ita ꝛ multomelius ꝙ nā olee: q̄ eſt ſupꝛa nām oleaſtri. ꝛ ſicut olea facit ſtare nām oleaſtri in ſeipō:ita ꝛ multomelius diuina bonitas in ſe ſtare facit hūanā bonitatē.Et in h̄ paſſu modus cognoſcit:ſm quē hūana nā dn̄i ieſu xp̄i ī diuinā ſuſtētat.ꝛ ambe nature diſtincte remanēt in vna perſona:q̄ eſt dn̄s ieſus chꝛiſtꝰ.

¶ De trunco arboꝛis ieſu chꝛiſti.

Truncꝰ arboꝛis dn̄i ieſu xp̄i duplex ē: īquātū ſunt due nature.ꝛ eſt vnꝰ: inquātū nature ſunt vnite. Ita et multomelius ꝙ denarius ex auro ꝛ argento:q̄ eſt ex duobꝰ metallis.ꝛ eſt vna ſubſtātia ꝯpoſita ex ambobꝰ.verūtñ exēplū non ſufficit. qm̄ denariꝰ eſt in tertio nūero: ꝛ truncus ī tertiū numerū nō trāſit.qm̄ nā diuina ſemper remanet abſqꝫ mutatiōe augmētatione ꝛ diminutiōe.ſꝫ itātū exemplū ſufficit: ꝙ ſicut denariꝰ eſt vnꝰ et ex pluribꝰ naturis:ita dn̄s ieſus xp̄s ē vna ſubſtātia/ꝛ eſt ex pl̄ibus naturis.Adhuc exēplū nō ſufficit:qm̄ in denario aurū ꝛ argētū intrant cōpōnem.ſꝫ diuina nā ꝯpoſitionē nō intrat cū hūana.qm̄ ita magna eſt eius ſimplicitas:ꝙ in ꝯpōnem intrare nō pōt.qm̄ ſi cōpoſitionē īntraret:ſua ſimplicitas magna nō eſſet:et in tertiū nūerū trāſiret ex duabus naturis cōpoſitū. ¶ Ad denariū cōponēdū nāliter veniūt partes inuicē alie in alijs.ſicut aurū fuſum:ꝛ argētū fuſum artificialiter quoꝝ p̄tes nālr inuicē ītrāt alie in alijs. ꝛ vnā ſubam faciūt. q̄ eſt vnꝰ denariꝰ artificialr factꝰ. rōne artificialis fuſionis.Eſt ḡ denariꝰ ꝑ artificiū/ et nō ꝑ naturā. Sed dn̄s ieſus chꝛiſtus eſt vnus ex duabus naturis per aliuꝫ modū. vnus eſt ex duabus naturis: inquantū eſt ex natura humana ꝛ natura diuina. et natura diuina et humana remanent diſtincte.et homo factus artificialiter ex domina noſtra/et ex anima rationali in natura diuina.Et qꝛ factus eſt de natura coꝛpoꝛali et

anima rationali:eſt naturaliter hõ.Et qꝛ factus eſt hõ in natura diuina:que ipſam humanã naturã aſſumpſit: de qua induta eſt:eſt factus artificialiter filius dñe noſtre.Et factus eſt ſupra curſum nature/⁊ filius dei factus eſt hõ ſupra curſum nature.Et ſic dñs ieſus xp̃s eſt vna perſona ex duabꝰ naturis.⁊ eſt nãliter vna perſona: poſtꝙ̃ eſt ex duabꝰ naturis.⁊ eſt vna pſona artificialiter:poſtꝙ̃ incarnatio fctã eſt artificialr̃ et ſupra curſuꝫ nature.¶ Trũcus eſt ex humana bonitate magnitudĩe duratione.⁊ ceteris radicibꝰ hũanalibꝰ. eſt etiã ex diuina bonitate magnitudine eternitate.⁊ ceteris diuinis dignitatibꝰ. Et qꝛ radices hominis et dignitates dei participãt in vno trũco:qui eſt deꝰ homo vocatus ieſus xp̃s: cũ tangit̃ truncus cuꝫ ſimilitudinibꝰ ſuarũ naturarũ: illi tactui rñdet ſm̃ ſuas naturas.cũ ita ſit:ꝙ inter ſſĩtudinẽ ⁊ ſſĩtudinẽ ſit naturalis ↄcoꝛdantia.Jdcirco ſi martinꝰ bonꝰ eſt/ et bonum amare ꝓducit: cum q̃ diligit dñm ieſum xp̃m:rñdẽt bonitates dñi ieſu xp̃i.vꝫ diuina bonitas ⁊ hũana bonitati martini ⁊ bonitati ſui amare.Et hoc idẽ faciũt due voluntates.vꝫ diuina ⁊ humana.q̃ diligũt martinũ:⁊ ſuũ amare: ⁊ ſuã bonitatẽ:⁊ bonitatẽ ſui amare.Et idẽ eſt de aliis naturis ⁊ ptibꝰ trunci.ſicut ſi martinꝰ tangit dñm ieſum xp̃m cũ ſuo recolere:intelligere:et amare: ptãte: v̾tute.⁊ ſic de aliis. quare ⁊ multo meliꝰ ꝙ̃ ſi hõ tãgeret tympanum in vno loco:oẽs partes illiꝰ rñderẽt. ita nature ⁊ partes dñi ieſu xp̃i tactui reſpondẽt:quẽ hoĩes ſibi faciũt rogãdo/cõtemplãdo/honoꝛãdo/laudãdo/obediendo/⁊ in adminiſtrãdo.eſt ẽ talis tactꝰ bonus/⁊ eſt magnꝰ: poſtꝙ̃ magna eſt rñſio. ¶ Si martinꝰ tangit trũcũ cum modico amare/⁊ tangit illũ:vt ſuũ filiũ infirmum curet:cui poꝛtat magnũ amoꝛẽ: trũcus ſꝫ ꝙ tãgitur a martino: rñdet. qm̃ magnus amoꝛ dñi ieſu xp̃i:non rñdet cum magno amare modico amare martini: poſtꝙ̃ tãgitur cũ modico amare.nec rñdet magno amare: qđ martinus poꝛtat ſuo filio. qm̃ iniurioſe tangit̃:inquantũ martinus tangit cum minoꝛi amare maioꝛeꝫ bonitatẽ/ ⁊ cũ maioꝛi amare mioꝛem bõitatẽ.Et in hoc paſſu cognoſcit̃ modus: rõne cuiꝰ homines q̃ rogant dñm ieſum xp̃m ioꝛdinate:nõ exaudiũtur/⁊ in ſuis petitionibꝰ puniuntur.ĩ quibꝰ oꝫ ꝙ ſic ꝑ iuſtitiã puniãtur:ſicut exaudirẽtur:ſi bonũ modum habuiſſent in rogando dñꝫ ieſuꝫ xp̃ꝫ. ¶ Jn pomo ſunt q̃ttuoꝛ elemẽta ꝑ vnũ modum ſm̃ ↄcoꝛdãtiã/⁊ ꝑ aliũ ſꝫ ↄtrarietatẽ. ſm̃ cõcoꝛdantiã:ſicut ignis ⁊ aer:q̃ hñt ↄcoꝛdantiã in caloꝛe:⁊ inquãtũ ignis ſuã dat ſſĩtudinẽ aeri/⁊ aer appetitũ hꝫ ad accipiendũ ſuã ſſĩtudinẽ.vꝫ caloꝛẽ ignis.Secũdũ ↄ̃rietatẽ ſicut ignis ⁊ aqua.q̃ ↄ̃riantur per caloꝛẽ ⁊ frigiditatẽ. qm̃ aqua ſſĩtudinẽ ignis accipere nõ vult.ſed et cũ ſua frigiditate quãtũ poteſt reſiſtit.Jſte talis modus ↄ̃rietatis q̃ eſt in pomo:in trunco nõ eſt.qm̃ nã diuina ⁊ hũana ↄcoꝛdantiã hñt/nã diuina ſc dante hũane nature.vt deus fiat hõ/⁊ hõ fiat deus/nã diuina accipiente hũanã/ipſa nã diuina remanẽte hoc:qđ eſt ſine aliq̃ mutatione vel alteratione.Et in h̃ paſſu cognoſcit̃: ꝙ nã dĩna non accipit aliquã alterationẽ vel mutationẽ ſuiipſius in ↄiunctiõe: quã facit cuꝫ hũana. ſicut ignis q̃ nullã accipit alterationẽ in ↄſtitutiõe:quã facit cũ aere ꝑ caloꝛẽ/⁊ aerẽ exaltat ad ſtatũ nobilioꝛẽ: inquantũ ip̃m induit ſuo caloꝛe cũ cõcoꝛdãtia.ſicut hũana nã: q̃ exaltatiõeꝫ recipit: inquãtũ nã diuina eſt ĩduta cũ ↄcoꝛdantia. Jdcirco malefaciũt ſaraceni ⁊ iudei: qui negant incarnationẽ filii dei dicẽtes: ꝙ deus alteratiõeꝫ acciperet in ↄiunctiõe ⁊ vnione:quã faceret cũ hoĩe: in quo ſunt plures defectꝰ nãles.qui hõ vult deus ẽe: vt ſit cognitũ:ꝙ ſua bonitas ⁊ ↄplemẽtuꝫ nullã infimitatẽ vel alterationẽ ꝑ aliquaꝫ vnionẽ vel cõiunctionẽ quã facit cũ hoĩe: recipere põt.qm̃ ſua eternitas ip̃m durare facit immutabilẽ/ ⁊ ſine cremẽto et decremẽto.¶ Jn trũco natura diuina ẽ p̾icipiũ/⁊ hũana nã p̾icipiata.qm̃ deꝰ p̾incipiauit hoĩeꝫ ex dña nr̃a. ⁊ ip̃m p̾icipiauit in ſeip̃o: vꝫ in ſua deitate. idcirco homo p̾icipiare nõ põt aliq̃d in deo / poſtꝙ̃ totus principiatus eſt/ ⁊ p̾icipiatꝰ de p̾ncipio materiali in principio foꝛmali: q̃re hõ ꝑ ſuã naturã nec per aliquã et ptinẽtẽ ſubſtantialiter vel accidẽtaliter viliſicare

potest diuinā naturā/ nec minorificare/ nec maiorificare.in qua quidē natura diuina nihil principiare pōt multiplicare nec alterare:ꝗuis cum illa ſit coniuncta. Et in hoc paſſu cognoſcitur: ꝙ cum deus creauit mūdum:in ſe nullā recepit mutationē.quoniā totum ipſum principiauit. quare mūdus ſtetit totus ex nihilo pricipiatus. ⁊ fuit ex nihilo pricipiatus:vt eēt totus pricipiatus. qm̄ ſi eſſet eternus: nō eſſet totus pricipiatus. ⁊ qm̄ mūdus tot⁹ fuit pricipiatus: ī deo aliqd pricipiare nō pōt.qꝛ ſi in illo ꝑncipiare poſſet aliqd:totus pricipiat⁹ nō eēt/ nec de⁹ foret totum principiū formale. ⁊ in aliqua parte foret principium materiale.qđ eſt impoſſibile.

¶ De brāchis arboris ieſu chriſti.

